re parentem. ſangninisque tui hęredes teip̃m præſe
ferunt. Qui ſi pudiciſſimã atque optmã fœminã iun cturus tibi matrimonio fores: nõ tñ laudarem: qnia Nota bñ
plęrunque diuerſarũ matrũ filii ſeinuicem odio pro=
ſequi ſolent. Quare fit vt exiſtimem tibi in viduitate
permanendum: tum propter liberos: tum vt videaris
vxoris mortem magis dolenter tuliſſe. Nam mortuã
nõ minus q̃ olim viũentem amare fas eſt: quum mo=
rigera tibi ſemper fuerit: mentem pudicã: caſtum cor
pus: fidem integerrimã pręſtiterit.

¶ Epiſtolę argumentũ

Gnatoliũ tibi. Gemellum hic vehementer accuſat qui quum tutor &
protector filiorũ Gnatolii ſui amiciſſimi iam d functi relicti eſſet: illoꝝ
ferre curam coutemptui haberet & eos prorſus negligeret: vnde horta/
tur ne id facere: vt cępiſſet: pergeret verũ tali filios proſequeretur amo/
re defuncti: quo ipſum Gemellũ proſequi ſtuduit pater filiorũ cum ad
huc viueret.

¶ Libanius Gemello ſalutē

g Natoliū tibi āiciſſimū fuiſſe nō ignoras: neq̄ illius erga te beneficia adeo obſcura fuerunt: vt latere potuerit q̄ te valde amauerit. Et in ipſa quidem morte nulli magis confidiſſe q̄ tibi viſus eſt: Quippe qui tuę fidei filiorum curam cōmiſit. Tu vero in eis defendēdis negligentiorem te præſtas: id quod alienū eſt ab officio tuo: & ab illius egregiis erga te meritis. Quare te oro: vt talem te filiis præbeas qualis filiorū pater erga te fuit.

Accuſatia negligentie cū hortatione ad cōmiſſa.

Vel cōfiſum eſſe.

¶ Epiſtolę argumentū

Tempus tibi deeſſe. Cōmiſit forſan Libanius duo Meleagro magnifico quedam negocia conficienda quorū excuſationem ſępenumero Meleager afferebat multitudinem aliorū et quidem magnorū quibus obrutus eſſet: afferens vnde cōmiſſa facile cōficere nequiret. docet hic Libanius quomodo multa pauco tempore efficiat ſi probe negocia in tempora diſtribuerit.

¶ Libanius meleagro ſalutē.

t Empus tibi deeſſe ſcribis ad omnia peragenda: quæ quottidie tibi mandantur: magnatibus nimirū difficilia negocia eſſe crediderim: nō tamen aſſiduo. His vero te ſufficientem putabo: ſi velis: tempus partiri atque prudenter diſtribuere. Vt enim ordinata paucorū acies militū: plura interdum facit q̄ multorum cōfuſa turba: ita diſtributo & eo paruo tempore plura facilius geſſeris q̄ et confuſa temporis prolixitate. Hoc ſi feceris deeſſe tibi tempus queri deſines

Hortatoria ad tpis vſuram cū eiuſdē debita diſione.

¶ Epiſtolę argumentū

Arbitror tibi Hac ep̄la oſtendit Elpidiū et doctū & potentē fuiſſe virū: qui multa in manibus vt aiunt tractanda habent multū ocii ad ſcribendum nimis eleganter nō aſſumunt: qui iterū elegantiā ſcribendi amāt: reipublice negociis vix ęque incūbere poſſunt: quod ſi vtrūq; fit vt & rempublicam gubernare: et eleganter omnia ſcribere cupiā contingerit muſam id eſt ſingularem gratiā et deorū donū ſe habere teſtatur in calce hęc ep̄la nō ſatis emendara eſt: ideo obfuſcata in ſententia.

¶Libanius Elpidio ſalutē

ARbitror tibi negocia multa nō eſſe:neque enī multū ad ſcribendū ocii nactus eſſes. Elegantia quippe epiſtolæ tuæ nō principis in gubernandis ciuitatibus:ſed viri in cōponēdis orationibus verſati eſſe videt̄. Qꝫ ſi falſum illud quidē eſt:et multa negocia tibi ſunt:quum ſufficias ambobus: muſarum aliqua tecū habitare videtur vna cum iuſticia:et omnia opera tua cōprehendere. Neque enim aut Arſacidis ſagittam tibi exquirendā puto:aut Orphei citharam:lingua enim citharæ loco tibi eſt. Paupertas nūc q̄dem hoibus cōmunis eſt:quare nō putes a pauperibꝰ adab undātes ꝓfectas eſſe tuas lr̄as. Sed quāq̄ nobis imp̄ as hmōi tn̄ cōmoueri debes ꝓ claris aūt multorū gratia q nod quidem ſacras domos facis.

Landatia Elpidii.

Nota bn̄

¶Vehemēter delectatus. Gratulatoria eſt hęc ep̄la cō̄gratulat̄ em̄ ip̄m Seleucū ad certū ꝓueniſſe dignitatis:cuius cogitatōe ſe recreari dicit Oppinio eſt ip̄m Libaniū aliquid calamitatis paſſum fuiſſe cuius cōmiſertū eſt a Seleuco.

¶Libanius Seleuco ſalutē

VEhementer delectatus ſum tuis litteris: q̄bus intellexi te noſtris calamitatibus cōmoueri. Ego vero fœlicitati tuæ maxime gratulor: procꝫ meo erga te officio: cogitatione tuæ fęlicitatis recreari nō minime videor. Tu vale:atque vt cępiſti cura · vt ego quoque valere poſſim. ¶Epiſtolę argumentū

Gratulatoria.

Arbitratus te Hęc ep̄la inuectiua eſt cōtinens rep̄henſionē qua mēdacii arguit Libanius Timouatē q ſępe dixerat Libanio:ſeſe optare vllā etiā prauā occaſionē vbi vel ipi Libanio vel illiꝰ amicis ſuā operā & beniuolentiā impttiri poſſet:quo Libanius cōfiſus:illi p litteras commendatitias Melearchū virū optimū & ſi tenuis fortune cōmendarat:ſed Timonates & ꝓmiſſaꝝ & beniuolentie imemor Libanii cōmēdationē nihilipēſi habuit:nec & lachrymis Melearchi cōmotus: intrepide pecuniā in mercedis locū pro op̄a impendēda poſcebat:cui facto tā turpi parē viciſſitudinē hic Libaniꝰ referre apta fiōte minat̄.

¶ Libanius Timonati ſalutē.

Epl'a veh
mentis re
henſionis
iuuectiu

ARbitratus te eſſe eum quem te fore promiſe/
Pulcherri= ma ſeras: quemque ſtudia erga te: mea poſtula/
ma re atque mereri videbantur. Melearchū vi=
Nota hāc rum optimū tibi accuratiſſime cōmendaui: dixeras
enim mihi tu ſępius nihil poſſe tibi accidere gratius
q̄ vt poſſes: tum mihi: tū amicis meis īſeruire. & ego
hac promiſſione quæ mendaci lingua prolata eſt ad/
ductus: quibus potui officiis te ſum proſecutus. Cęte
Nota bñ rum vt dici ſolet quæ verba radices cordis nō habēt:
ſtatim areſcunt. venit ad te Melearchus: ad cōmen/
dationem meā preces adiecit: & lachrymas: Tu eue=
ſtigio de præmio meminiſti: at ille ſe pauperem Liba
nii familiarem appellabat. Tum tu ſtulte ne dicā cru
deliter dixiſti: neque pauptas tua: neque Libanii fa=
miliaritas aliqd laboribus meis mercedis afferre po=
teſt? An tu paruam mercedem putas pietatis laudē?
Finge me nihil mereri: illius ne preces? affluentiſſimę
que lachrxmę abs te cōtemni debebantur? Sed quo
niam ingenii eſt animi: apte omnia dicere atque ſcri=
Nota bñ bere: tibi perſuaſum velim: & velle me: & poſſe ſi con
tingat iſti tuę humanitati parē grām referre. Quod
ideo tibi ſignificatū volo: vt operam meam audacius
reqniras. ¶ Epiſtolę Argumentū

Quum forte de te. Arguit Ciliſtonē in conſtantie qui quendā actionē
aduerſus emulos ſuos Libanio ſuaſore ſuſcepit: a qua recedere Caliſio
propoſuit quod mnltū ipſi Libanio diſplicuit: ideo Libanius eum exa
tat pulchris mediis ne a propoſito deſciſcat in ſuā contumeliam: & ini/
micorum riſum et obtrectationem.

¶ Libauius Caliſtoni ſalutem

Epl'a inco
ſtantie at
gutina.

q Vum forte de te, vt plærunque ſoleo: cogitarē

tibi enim cogitationes meas omnes dedicaui)reddi-
te mihi ſnnt ab Vlyſſe litteræ:quibus ſignificatū eſt
velle te ſupſedere cauſæ: quā agere iuſte fœliciterque
meo conſilio cæpiſti. Lachrymarū ſane materiā ne=
dum acerbiſſimum dolorem illæ mihi litteræ ſuppe=
ditarūt. Quūei palā ſit cauſę illius actionē me poti⁹
q̄ te habuiſſe auctorem: vel certe vtriuſque ſtudio at=
que cōſenſu agi cępiſſe: amicꝫ fortaſſe ignoſcētib⁹: ini
micis integrū fuerit & me imprudentię & te leuitatis
arguere. Quippe quum videri poſſis imitaturus con
ſiliū: quod & ego ſapiēter dediſſem: & tu grauiter ac-
cæpiſſes. Atqui tu ſcis: tu es optimus teſtis: q̄ fide: q̄
amanter et ipſe tibi conſuluerī. Stultum vel potius
crudele eſt: vt quod conſiliū popoſceris a me fidiſſi=
me datum nō modo nō curaſſe parū: ſed etiam con=
tempſiſſe videaris. Huc accedis: quod (vt dici ſolet)
breuiſſimi temporis inconſtantia totius perſæpe au=
fert vitæ fidem: Quis deinceps furorem tuū vereat̃:
quem lęniri exigui tp̄is diſpendio videat? Quod ſi in Nota bñ
aliis alia eueniāt in hac certe cauſa nihil reliq̄ ſpei tibi
ſit: denuo facere velis quod ſponte intermiſeris. Ad
uerſarius nanq̧ tuus formidinem tuam conſpicatus:
audatiorq̧ factus: haud difficile ei⁹ certaminis victo
riam ſe conſecuturū ſperabit: in quo ſpōte cedentem
aduerſariū ante habuerit. Quapropter per omnes vi
res amicitię noſtræ obſecro te ne deſeras cauſam quā
me hortatore agere inſtituiſti. Quod ſi facies: & tibi
vſui fuerit: & animū in graui ad modum cura ſubdu=
xeris.

¶ Epiſtolę argumentū

¶ Epiſtolę argumentū

Non quia confidam. Acuſat Celandrū ingratitudinis quā omnium mortaliū facinorū oſtēdit eſſe maximū: quod omnē ex anio delet amiciciā: & quāta illi officia ab eo quo illū nouit tempore obtulit declarat: amarumq; hunc fuiſſe diē luciſq; caruiſſe quo nō aliquid beneficiorum in Celandrū cōtuliſſet. Et multos illi amicos cōciliauit: tandē illū monet ab iniquo deſinet cępto.

¶ Libanius Celeandro ſalutem

Accuſatiua ingratitudinis.

NOn quia confidam poſſe te auertere ab ea cōſuetudine: quæ ita tibi hæret: vt ſpiritus corpori: nunc ad te ſcribo. verū vt intelligas quātū mali ingratitudo tibi attulerit. Poſtq̄ luminibus meis occurriſti: quottidie te maioribus beneficiis afficere cōtendi. Nā vt eſt benignæ mentis et vero amore flagrantis: quæ in te officia collocabam potius aliūde accipere q̄ aliis dare: eumque diem lucis expertē arbitrabar: qui oſtendendi animi erga te mei facultatem non afferebat. Multi præterea me hortante atque orāte: ita tui facti ſunt: vt eis pro tuo arbitrio vti potueris. Meue vero cuipiam ex eis defui: quos tibi charos eſſe putauerim. Sed ita ſū eos demeritus tua cauſa: vt mihi fierent longe q̄ tibi amiciores. Taceo quot ꝑ te labores tulerim: qbus te incōmodis liberauerim: quæ & q̄ certa pericula ſubiuerim. Meus certe erga te amor in plīma me diſcrimina coniecit q̄ Herculem ferox: Rabida: atque inexplebilis ira Iunonis.

Bona Tu tātis rebus indeſinenter atque fœliciter a me in te perfectis non modo nullam retuliſti gratiā: verumetiam et me accerrime læſiſti: et alios in odium mei ſūma contentione impuliſti vir crudelis atque ingratiſſimorum hominum ſentina. An ignoras & mortalibus & immortalibus ingratitudine odioſius eſſe ni-

Nihil igratitudine ingratius.

hil· Quum enim alia ꝑpe hominum ſcelera aliquos permittãt amicos: ingratitudo omnẽ amiciciã ſoluit & lacerat. Tu ergo ſi potes deſine ingratus eſſe: ne cæteris amicis deperditis: eam calamitatẽ ſubire cogaris vnde neque tu emergere: neque ab alio eripi poſſis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Scio ego munus tuũ. Pulcherrimũ quoddam mun⁹ ab ipſo Dioniſio Liban⁹ accępit: quod adeo gratũ ſibi fuiſſe oſtendit: vt ſi ſeipſum pro tanto munere Dioniſio offeret: nõ parẽ illi retulliſſe gratiã ſe putaret: At ingenioſe tamẽ aſtruit illud plus lucri danti q̃ illud accipiẽti feciſſe: ſic munus ipſum amplificat. Et eſt epiſtola regratiatoria cum accępti numeris amplificatione.

¶ Libanius Dioniſio ſalutem

Regratiatoria cũ acceptatione mũeris ãplifica.

Optima

S Cio ego munus tuum eiuſmodi eſſe: vt ſi me ipſum pro eo deberi tibi fatear paruam profecto viciſſitudinem reddidiſſe tibi videar. Inde fit vt gratias nullas p̃ſenti epiſtolę tibi ſtatuerim: verum vt cum amicis ſoleo doctoribus: tectnm iocabor. Quem credis plus lucri feciſſe? te ne qui dederis: an me qui munus accæperim? Certe acceſſione maximi muneris tui: non modo ad fortunas meas additum eſt aliquid: ſed plurimum eſt eis ademptum: immo omnes alieno: hoc eſt tuo arbitrio ſeſe ſummiſerunt. Quid enim proprium habere is poſſit: quẽ munificentia tua ſeruum tibi feceris? Nam ipſum ingenium: ipſam cogitationem: ipſam memoriam: ipſam vocem meam olim atque liberam tu tibi duntaxat vendicas· Lucri ergo plus feciſti dando quã ego

accipiendo:quippe ad quem datum munus redit cũ poteſtate atque imperio fortunarum: meique ipſius Quanq̃ enim homunculus ſum:tamen non cõtinuo me aſpernandum duxeris:quem muſæ prorſus nõ cõ tempſere·

¶ Epiſtolę argumentũ

Cleantius vir omni. Ep̃la eſt cõmendaticia in qua Cleantiũ virũ omni adornatũ virtute ipſi Aſtiocho cõmendat maiorem in modum.

¶ Libanius Aſtiocho ſalutẽ

CLeantius vir omni virtute prædítus ad te ve- Comenda
uit:opa tua vſurus in rebus q̃ honeſtiſſimis: ticia.
arbitratus vero nihil tã difficile eſſe quod me rogante abs te non impetraret:cõmendatitias litte-ras a me popoſcit. eum tibi igitur maxime commen-do:atque vt intelligas quantopere Cleantio inſeruiri cupiam. clam te eſſe nolim maius beneficiũ ſuſceptu rum ſi eum iuueris q̃ ſi me a morte redimeres.

¶ Epiſtolę argumentũ

Eſculapius quẽ. Liſippus Libanio Eſculapiũ lui amantiſſimã cõmendauit prece qua potuit: qua de re et ſimul lerabatur Libani⁹ & doluit vt plane loquitur in textu.

¶ Libanius Lyſippo ſalutẽ

HEſculapius quẽ mihi maxime cõmendaſti: & comendati
lætitię & dolori mihi eodem tẽpore fuit. Læ- cia.
tatus enim ſum: datã mihi facultatẽ eſſe oſtendendi amoris erga te mei in eo qui ſit tibi chariſſimus. Præter modum vero dolui: ꝙ mecũ tam accuratus precibus agis:cui ĩperare difficilima quæque poſſis. Quare te rogo:ne poſthac tam parũ de me tibi ꝑſuadeas

¶ Epiſtolę argumentũ

Facile mihi. Eſt cõmendaticia in qua Lencippũ ſui amiciſſimũ qui benemeritus de Libanio fuit atq; benemereri non deſtitit ipſi Nicophe-nio ireiũ atq; iterũ conmendat. Ft eſt pulchra inuentio.

¶ Libanius Nicophenio ſalutẽ

FAcile mihi ꝑſuadeo: mirari te ꝗ tã frequẽter Leucippum tibi cõmendem: ego quoque me id audere demiror: cur tamẽ id faciam ſic habeto: Non deſinit ille me officiis maximis onerare: inde ſit vt noua quottidie cauſa mihi ſit declarandi animi erga illum mei. Ea vero te humanitate prædi=tum eſſe cognoui: vt nemo familiariũ aliquid abs te petere fruſtra videatur. Eum igitur tibi maxime cõ=mendo: teque rogo: vt eũ ea cura tractes ac ſi ipſe rem meam ageret: vna enim manu vtrunque perpetuo ti/bi deiunxeris.

Optima

Cõmendaticia

¶ Epiſtolę argumentũ.

Quoniã nec dici. Docet hominẽ affectibus quod vulgo dicitr̃ paſſiõib⁹ oppreſſum vel circumdatũ nihil recte nec agere: nec vel dicere: vel ſcri/bere poſſe. Et ſe tunc ira vel alia animi turbatione ęſtuaſſe clã inſinuat quũ hanc epiſtolã ſcribere voluit. & promittit ſe lati⁹ cum liberior cõ/cedetur animus ſcripturarũ: vbi enĩ animi regnant affectus mens vi/cta cathenis eſt.

Bona

¶ Libanius Teucro ſalutẽ

QVoniã nec dici neque agi recte quicunque ſo=let: ſi animus affectibus fluctuet: vagus que ſit: nihil reliquũ his litteris committã niſi me neſcire quid ſcribam. Tu litterarũ breuitati quam nõ negligentia parit ignoſce: liberiori nanque animo plura ſcribam.

Paſſionuꝫ declaratia

¶ Epiſtolę argumentũ

Non quia nolim. Hec ep̃la eſt laudatiua Pollucis ad quẽ ſcribit & in primis cęſaris quẽ multũ extollit a clementia & munificentia: ſed in frontiſpicio hæc ep̃la reſpondet Polluci a quadam petita que Libani⁹ facere dimiſit: nõ quia Pollucis petitionẽ cõtempſiſſet cui ſe totum in omne tempus dedidit: ſed quia precantius illi putat futurũ ſi que de/ſiderat a cęſare Iulião: cui familiaritate. Libãi⁹ adheſit ꝓpriis virtuti/bus opib⁹ ꝗ ipſi⁹ Libanii ĩterceſſione conſequatur. Et que per literas

mandat Pollux facere ob cauſas aſſignatas recuſat.

¶ Libanius Polluci ſalutē

Pulcherri= ma. NOn quia nolim voluntati tuæ morem gerere: Demōſtratia ſiue laudatiua epl'a
Nota bñ cui me dicaui in omne tēpus: ſed quia glorio= ſius tibi futurū arbitror: ſi quæ optas virtuti= bus tuis potius q̄ mea opera conſecutus dicaris. Quę mihi proximis litteris mandaſti: facere non placuit: vſus nanque virtuti tuæ aut clementię principis parū cōfidere: quorū vtrunque maximū eſt. Nā tu virtute ita polles: vt ipſa in te genita ite viuere videat̄: ſiue q̄s eloquentiā quærat: ſiue rerum altiſſimarū naturam: ſiue antiquitatis notitiā: adeo vt quæ omnes homi/ nes vix conſequerentur. vnus tu aſſecutus videaris. Tanta vero eſt principis clementia: vt priuatum non

Laudat pollucem principem credas. Nemo qui eum nouerit: ſpe vacu= us ad eū vadit: triſtis ab eo nemo recedit. Quum ve/ ro aliquod virtutis veſtigiū cernit: non expectat præ=

Laudat principem ces ſed ſponte ſeſe offert multa promittens: plura fa= ciens. Quare arbitror tua vehementer intereſſe vt ve nias: quod ſi facies plura conſequere q̄ petas.

¶ Epiſtolę argumentū

Miraberis fortaſſe. Mirabatur Lyſander Libanii amiciſſimus cur p̄ litteras cū eo ageret cū eſſet vterq; in ea dem ciuitate: & quottidie corā dicendi daretur facultas: vnde reſpondit ꝙ ſola verecundia ipſum pro hiberet multa coram dicere: que litteris mādare non erubeſcit epl'a em̄ nō erubeſcit: neque ſeruus: cętera aperta ſunt.

¶ Libanius Lyſandro ſalutem

Expoſitiua fcti adiecta cauſa.

Bona MIraberis fortaſſe ꝙ cū eadem nos mœnia te= neant: et quottidie colloquimur: litteris te cum agam quæ agenda coram fuiſſe videan

tur· Facit hoc verecundia: quæ pudentes in laudem Bona
ſui aliquid proferre ad modũ difficile patitur. Quũ
aliquid a me expetitur quod vires meas præſtare poſ
ſe negem: tu eſſe id viribus meis vnus par nõ eſſe. Vo
lo enim difficile videri quod facile prẹſto: neque volo
tam deterreri homines: quominꝰ me rogent. Neque
vero quod hæc ſcribam: me impudentem ducas. Vt
enim mecum cogito: ſic te vt me alterum duco allo/
quor.

¶ Epiſtolę argumentũ

Exiſtimari vulgo ſolet. Clearchus homo ſtrenuus et ingentiũ precla/
rorumque facinorũ auctor noluit forſan laudibus extolli: meritaque
virtutũ ſuorũ prẹmia fugerat: quod ipſi Libanio diſplicuit: ꝗ panagy/
ricum libellum de geſtis Clearchi in illius conſcripſit laudem: quẽ illi
offert in perpetuã illiꝰ virtutũ laudem & ſua erga Clearchũ ſingularẽ
beniuolentiã confirmatã. Et eſt epiſtola pre cẹteris lectione & mẽoria
digniſſima.

¶ Libanius Clearcho ſalutẽ

Optima

EXiſtimari vulgo ſolet virtutis preciũ vel maxi
mum laudem eſſe: huius enim adipiſcendæ Laudatia
gratia ſtrẽnui in bello milites telorũ ictus cer/
tiſſimam mortẽ non modo nõ fugiunt: ſed interdum
etiam exoptant· Non poſſum itaque te non vehemẽ
ter admirari: qui me tuas laudes memorantem faſti=
dire: atque (vt multi referũt) ediſſe potes: Quum enĩ Digniſſi=
et laude & admiratione digniſſima geſſeris: ſi tacitus ma
tu merita prẹterirẽ: aut inuidꝰ: aut a ꝟtute alienus iu
dicarer: alteꝝ hoꝝ mihi cõtinere erga te nõ põt: cuiꝰ
glã atq; fœlicitatẽ meã reputo. Alteꝝ me exhoruiſſe

tu es optimus teſtis. pro viribus enim ſemper elabora/
ui: vt in qua virtute cunctis mortalibus præſtas: eius
nullus me expertē diceret. Sed fortaſſe id de me ſen=
tis: quoniã nō laudatorem: ſed aſſentatorem me re/
putas. O Iupiter et dei excludite: eiicite: exterminate:
Pulchera exclamatio. hance corpore animã: ſi tale aliquid me nō facientem
ſed excogitantē vidiſtis: Vos enim fallere nemo pōt·
Patiare virorū optime: quæ tu præclare geſſeris: a me
ſtudioſe commemorari: nanque tuorū meritorium
amplitudo clarius ingeniū exigit: & id quod e go mi/
nie diffiteor Veruntñ ſi imaginē ſpectes neq; a Lyſip
Nota bñ po neq; ab Appelle relictã: nō debes ei⁹ auctorē debi
ta laude fraudare. Exiſtima te in mōtis eſſe faſtigio:
multos que totis emti viribus: vt ad te preueniant: ete
nim propinquioribus magis delectari: quos tamē vi=
rium exiguitas vix altiſſimi montis radices ſuperare
ꝑmiſit: aſpernari non debes. Accipe igitur gratoque
animo libellū tuas laudes continentem: amicis que
legendum præbeas: vt et virtutem tuã imitēt: & meã
erga te beniuolentiã agnoſcant.

¶ Epiſtolę argumentū

Dioniſii cōmunis. Ex Dioniſii litteris accepit Libanius Celſū in gra
uem incidiſſe morbū quo coactus ſit intermittere ſtudia quib⁹ nimiã
nauabat operam: cuius morbū Libanius moleſte ferebat: quoniã ipſe
aliquãtiſper hui⁹ occaſionē dediſſe videbat̃ vt ipſe in hac exponit epl̃a
que eſt pulcherrima et affaberrimū dat diſcendi modū: quia quod al/
terna caret requie durabile non eſt. Vnde laxandū aliquãdo eſſe quū
a ſtudio contendit ob multas quas affert cauſas.

¶ Libanius Celſo ſalutē

Afaberrima. d Ioniſii cōmunis amici admonitus ſum litte= Epl̃a paſte/gyrica par/tim ſubac/cuſans.
ris: te in morbū grauem incidiſſe: vt longo tē
pore litterarū ſtudia intermiſeris. Morbus q/

dem tuus ſane moleſtiſſimus mihi fuit: quid enim ma li occurrere tibi poteſt quod cõmune mihi nõ putẽ? Cauſam vero iſtius noſtri cõmunis mali ego grauio rem exiſtimo: qui me habuit vt ſuſpicaris auctorem. Quum enim eloquẽtiæ auidiſſimus per epiſtolã me conſuluiſſes: quoniã pacto eius artis faſtigiũ attinge res: reſcripſi freq̃uẽti ſtudio aſſiduo quottidianoque aliquid cõponendi vſu: quod ad modũ cuperes poſ ſe te conſequi: Vnde preter iuuenilis ætatis feruorem voluptate omni obiecta ſtudio & exercitationi perpe tuis animi laborib⁹ te tradidiſti ita: vt iuuenis feceris quæ non frigidi quidem ſenes laturi fuiſſe putentur. Longo inde ocio in ęgritudinem incidiſti quæ tibi & ſtudio litterarum interdixit: & rei familiaris admini ſtratione. Non erat conſiliũ meũ tam anguſte intel ligendum: vt litteris intentũ animũ ſemper haberes. Sciebam enim aliquid temporis familiæ: aliquid ami cis nonnihil voluptati: honeſteque exercitationi cor poris eſſe tribuẽdũ. Aſſiduũ ergo ſtudiũ intelligi pla cebat: quod ab hiſ quæ iam dixi negociis vel ociis reli quũ erat: quæ ab iſta tua ſententia me longe abfuiſſe. Cenſeo et corpori & animi nihil eſſe pernicioſius diu turno ocio. Color enim hebetatur: membra torpent impedit̃ digeſtio: ſtomachus malus repletur humo ribus: languet ingeniũ: & crudis vaporibus exhalan tib⁹ cerebrũ impedit̃: quominus officiũ ſuũ præſtet: labefactatur memoria: valitudo corrumpit̃: denique vita fugat̃: mors accerſit̃: niſi moderata exertitatione frequentiſſime mouearis. Addo ꝙ ad omnes labores tolerabilius eſt iter a quiete q̃ ab opere. Vt eni iumen

Nota

quid ad cõ parandum eloquentiã faciũdũ ſit

Nota bñ

Ocii mali gnitas

ta pondera alacrius mane quã veſperi ferunt: quoni/ am nocturna quiete redintegratę ſunt vires: ita inge= nia interpoſito interdũ ocio promptiora ſtudiis abi= liora que reddũt: Cura igitur valitudinẽ tuã et quum morbum fugaueris vtere epiſtolę præſentis conſilio: vt ſimul corporis valitudini: ſimul ingenio atque ſtu dio: optime conſulas.

¶ Epiſtolę argumentũ

Magnitudo animi tui. Pheroniũ cui filiolꝰ tenere ad hũc ętatis de/ functus vita fuerit: propter magnitudinẽ illius animi cuncta ęqua fe/ rentis fronte: conſolari non audet: ob cauſas quas optimas adducit ex pulchra inuentione ortas: aliquid tamen conſolationis nimia amoris erga Pheroniũ beniuolentia atringit: nõ magnitudinis animi Phero nii diffidentia.

Epiſtola cõ ſolatoria in parte.

¶ Libanius Pheronio ſalutẽ

Optima

MAgnitudo animi tui: quã mihi maximis inre bus experiri cõtingit: tanta eſt: vt indignũ pu tem: ſi aduerſam fortunã æquo animo ferre te adhortet. Nam neque ſerenæ fortunę frons te ſuper bientem tollit: neque nubila atque obſcura deprime re poteſt: adeo vt quum fortuna plæriſque mortaliũ regina eſſe dicatur: eius te et dominũ et regẽ eſſe oſtẽ das. Filii ergo tui mortem ſi argumentis nõ colligo toleranter eſſe a te ferendam: nõ negligentiæ aut ob/ liuioni meæ: ſed prudentiæ magnanimitati que tuę a= ſcribere debes. Nam quũ te eſſe cognoſco: qui dely= ros putes homines chariſſimorũ mortem grauiter fe rẽtes: quã neque fons neqꝫ mare lachrimarũ reuocare poſſꝫ. Eo aũt facilꝰ filii mortẽ abs te ferri exiſtio ꝙ: vi

Nota bñ

Mortuos deflere ni/ miũ deliro rum eſt ho minum.

Puerilis ętatis laus te naturę hūanę labores effugit:q̄ experiri cæpit Prima nanque pueritia:in qua ille deceſſit:neque libidinem neque ambitionem:neque auaritiam nouit:neque cæteras animi affectiones. Sed quid ego multis: vbi taciturnitate opus eſt:vtor? Verēdum etenim eſt mihi:ne imprudentiæ tibi nomine ſuſpectus fiam:q vel minimū aliquid conſolatoriū attigi. Tu tamē ſingulari tua humanitate idipſum quod feci vehementiæ amoris erga te mei:non magnanimitatis tuę diffidentiæ tribues. Nota

¶Epiſtolę argumentū

Facile mihi. Dicit Cleacium eſſe bonū virum & eundem abſentē qui preſens:qui factis ad implet qnod verbis pollicetur: cui plus credit tacenti q̄ Thimocrati multa dicenti & oſtendenti. Cleaciū eſſe mutati erga Libaniū animi aſſeuerans. Hęc quia Cleatius ſilentium ageret nec diu quicq̄ ad Libaniū ſcripſiſſet quod Libanius per belle ſoluit Cleatium forte honeſtam ſilentii cauſam nō tamen mutati animi habuiſſe Tandem ingenioſe Cleatium ad ſcribendum hortatur quibuſdam adiectis iocoſis.

¶Libanius Cleatio ſalutē

Ep'la narratiua cū hortatione. Facile mihi per ſuadeo:te eum eſſe mihi abſenti qnem præſenti promiſeris. Longe etenim adeſt a prudēti bonoque viro: qualem ſemper eſſe te cognoui:rem verba non ſubſequi:plus que tibi tacenti credo q̄ Thimocrati et dicenti et mōſtranti: te eſſe mutati erga me animi: quod prætendi ſilētio tuo qdē aſſeuerat. Credo ſiquidē ſcribēdi officiū iō eſſe pręter miſſū: quoniam aut nuncius: defuit aut talia mihi ſignificanda erant. quę nō niſi certis Bona

Verba ſancta ſequantur.

nunciis cōmitterentur. Verū quia rerū tuarū impati-
enti deſiderio teneor obſecro te vt eis omiſſis quæ ſe-
cretiora eſſe placet: ſi cætera tibi ſcribendi argumen-
ta adempta ſunt: id ſaltem ſcribas nō audere te ſcribe-
re. Finge vana gaudia: finge iras: denique cum ſcri-
bas mihi detrahe: obſtrepe maledictis. Plus enim vo-
luptatis tua mihi maledicta dederit: q̄ aliorū ſummę
copioſiſſimæque laudes. ¶ Epiſtolę argumentū

Audio te. Archelaus quaſdā Libanii declamationes cū legiſſet vulca-
neo illico furore cremēdas mandauit: quod Libanio nō mediocriter
diſplicuit: idcirco merito in illum ſtomachāti īcanduit aīo: eū furiis
inuidię agitatū id feciſſe ꝓbat alienę laudis inuidū q ſuā ꝓferre neq̄t.

¶ Libanius Archelao ſalutē

Optima AVdio te incidiſſe in lectionem quarundam
declamationū: quas nō gloriæ cupiditate: ſꝫ Inuectiua
optiorū iuuentutū hortatu atque impulſu ſcriptio- acri repre-
ni mandandas cenſui: lectaſque igni conſumpſiſſe. heſiōe felle
Cur bone vir innocentes charitas crudeli non ſuppli- mixta.
Nota cio modo: ſed morte etiam affeciſti. An erit in eis ali-
quid quod improbares? emandandū ſane: non per-
dēdum opus erat. Ex ea enim re tu ingentē gloriam
aſſecutus: rem mihi minime ingratam: ſtudioſis autē
iuuenibus perutilem feciſſes: Neque enim eo ſum in-
genio: vt a quouis mortaliū quoque animo proficiſ-
centem emendationem odio: faſtidione proſequar.
An id fortaſſe amicitia quæ mihi tecū eſſet feciſti vt
quod corrigere ipſe non auderes reprehendi ab alte-
ro non poſſet: Atqui non erat amici animi perpaucis
erroribus quæ bona erant ſudoribus meis compara-
rata igni mandare. Ipſe nimirū cōueniendꝰ fuiſti:
errorumque admonendus. Nulla vt arbitror huius

modi ratione feciſti; verũ te in tantũ facinus inuidia compulit· Aliquid inde opiniõis et glorię ad me delatum iri putabas. omnia plęniſſime. Quid mea tibi gloria detrahitur? Num tibi cõmunis mecũ eſt capeſſendæ gloriæ poteſtas? Iuſtũ ne putas diligentię meæ fructus ſomno atque ocio tuo cõmunes fieri oporte re. Sed vt rumparis tibi perſuaſum velim: inuidiam tuã mihi nihil damni feciſſe: atque auctorem te multo magis cruciare. Nam eius generis ſũt declamationes meæ; vt a multis poſſideantur; legantur; imitatione dignæ cenſeanť; quod non laudis meæ gratia; ſed te impulſore ſcriptum placuit; citius que interibit omne nomẽ tuũ q vľ vna mearũ declamationũ intereat Nota

¶ Epiſtolę argumentũ

Ampliſſimũ fateor. Gratũ oſtendit animũ erga Ambroſiũ qui eximiũ quoddã munus quod epiſtola ſua illuſtrauit ſimul cũ munere miſſa Libanio donauerat: non verbis dignas poſſe rebus referre gratias quum verba verbis res rebus debenť vt par pari referetur·

¶ Libanius Ambroſio ſalutẽ

Regratiatoria accepti nõeris. Ampliſſimũ fateor munus ad me miſiſti: ſed ro natiſſima tua epiſtola mun⁹ apprime illuſtrat Ego vero qui tecum muneribus certare non poſſum; ne litteris quidem certabo; non ſolum quia rebus res; non verba debentur: ſed quia elegantia in hoc genere tuã ęquare diffido: breuis itaque ero: meque ſignificabo nihil habere quod cõmune tibi putare nõ poſſis. Bona

¶ Epiſtolę argumentũ

Innitus per iouẽ. Diogenem cui abſenti caſtiſſima vxor mortẽ abierat couſolabať; Dicit primũ cum quadam iuratione inuitũ ea que nequaq̃ delectant ſctibere: ſed quũ amicorũ omnia ſint comuuia & proſpera et lugubria; vterq; vtriuſq; fortnnę debet alter alterũ reddere partionẽ Et eſt cõſularoria ſatis pulchra licʒ nõ ſuo partes cõſolatiõis ordie poſuit

Libanius Diogeni ſalutē

Pulcherrima

Pulcherri/ma.

Conſolatoria de obitu vxoris.

INuitus per Iouem tibi aliquid nuncio: quod nō delectet: cum enim amiciſſime ſemper vi=ximus: et tu in me: & ego in te vixiſſe videor: vnde boni malique tibi euenientis particeps eſſe compellor· Sed quoniam tua vehementer intereſſe putaui: vt itelligeres qualiacunque domi tuę abſente te acciderint: hanc epiſtolam lugens deſcribo . Vxor tua fœminarū decus febre correpta poſt biduum mortua eſt: quū medici complures adhibiti: ſuccurrere ei languenti vł neſcierit vel nō potuerint· Funus ei celebratum eſt nō vulgare profecto: & (quod omnium in eā beniuolentiā prætuliſſe videtur) quæcunque mulieres funus ſecutæ ſunt: lugubres accæpere veſtes: quaſi nō alieni: ſed proprii doloris cauſam eo veniſſent. Neque ignoro aūt te ingentiſſimo dolore cruciari: & ꝙ talem vxorem amiſeris: & ꝙ ei morienti adeſſe nequiueris. Atque vt præpoſtero agam ordine non eſt quod ob abſentiā tuā adeo defleas· quanq̄ auris atque oculus ianuæ ſunt quibus ad clauſtra cordis voluptates: curæque plerunque eunt. Tamen vt viſa fœlicitas magis q̄ audita ſuauior eſſe ſolet: ſic viſa calamitate magis q̄ audita mouemur· Morientis certe illiꝰ amplexus: frigida oſcula: imperfecta verba non tuliſſent te animo conſiſtere. Qꝛ aūt mortua eſt vxor: nō debes equidem indeſinenter dolere. Fuit illa tibi ſemper morigera dum vixit: pudica: mitis: qualis fortaſſe pauciſſimis contingit: iſtud ipſum nō augere dolorem ſed diminuere deberet . Quis ſcit ſi longior ei vita fuiſſet: quod tamen ſuſpicari nō poſſum an mo/

Auris atque oculus ianue ſunt et voluptatis et meroris.

Nota

Laus vxoris.

res mutatura fuerit. Morte ſane ita virtutes laudes
que ſuæ obſignauit: vt vllo tp̄m pro greſſu deleri: mi-
nui: mutari denique non poſſit. Peperit præterea illa
tibi filios: qui vt maternam præſeferunt effigiem: ita
maternas virtutes paternis coniunctis imitabuntur.
Hos quum videris illam videre puta: quanq̃ decora
eius fama: quæ ſempiterna futura · vbicunque fueris
eã tibi reddere præſentem poterit· Quamobrem ob-
ſecro vt conſtanti animo hunc caſum feras: ne quum
ad nos veneris quod faciũdũ arbitror alius q̃ abieras
rediiſſe videberis. Cognoui etenim eſſe te ſemper ani
mi ad omnem fortunæ varietatẽ parariſſimi atque
fortiſſimi.

¶ Epiſtolę argumentũ

Miraris ꝙ ad te. Mirabatur Lamphenius cur Libanius nõ ſcriberet
amplius ad eum litteras. reſpondit non debere mirari quũ numeroſas
Libanius ad Lampheniũ dediſſet litteras: nullas aũt recepiſſet viciſ-
ſim ab eo: tanq̃ a duro marmore: ꝙ ad ſcribendũ excitare neq; animare
potuiſſet: ampli⁹ a ſcribendo ſe abſtinere decreuiſſet eo auctore qui pe-
nitus nihil ſcriberet.

¶ Libanius Lamphenio ſalutẽ

Accuſatiua negligẽtie nõ ſcribendi.

MIraris ꝙ ad te non ſcribo: cur miraris? quaſi in Bona
certus quod optime intueri poteſt. Epiſtolæ
ſcribendæ vſus introductus eſt: vt cum abſentibus lo-
queremur. Quis autem mente cõſtans marmor allo-
quat̃? Tu mihi nimirũ marmor videris: & vt vere di-
cam marmore durior· Quum enim marmor artificis
manu quam volueris formam recipiat atque expri-
mat: te infinitis precibus adducere nõ potui vt ad me
ſcriberes. Cur igit̃ at eũ ſcribam: qui me nõ audit? vel
poti⁹ q̃ audiens me aſpernat̃? Deſine tandem admi
rari id cuius te auctorem ſponte feciſti.

¶ Epiſtolę Argumentū

Quam velle. Conſolatoria eſt epl'a Meſichiū audiuerat in carcerem ob quandā proditionē falſam coniectū: quod plerimū Libani⁹ doluit Vn̄ maluiſſe ſe tunc auribus caruiſſe q̄ hęc tam iniqua auribus accepiſſe: q̄ enī natura ſunt bona interdū faſtidiū nobis pariunt nō mediocre vt pbare pergit. tandē eum cōſolare ſtudet et a pacientia a neceſſitate eorū que accidunt: tantū enī ab his ledimur quantū nos ledi putam⁹: et exemplo philoſophorꝝ et a doctrīa atqꝫ ſumma ſapiētia: quoniā nihil falſ⁹ diu latere poteſt: tandem innocentia tua te liberabit.

¶ Libanius Meſichio ſalutē

Optima — Q(q)Vam vellem ſurdus interdū eſſe: neque enim quæ natura bona ſunt: ſemper hoibus proſunt. Bonæ quidem ſunt vires: ſed plærunque audaciores q̄ oporteat hoīes reddentes exitio ſunt. Boni ſunt oculi: ſed his auctoribus magnas perſæpe in cupiditates prolabimur. Ita ne oīa conſecter bonæ ſunt aures: ſed tamen per eas animus interdū eas haurit moleſtias: & ſatius futurū fuerit audiendi ſenſu caruiſſe: quod mihi proxime vſu venit. Neobulus enim qui ſe tibi verum amicū oſtendit lugēs mihi ſignificauit deueniſſe te in falſam ſuſpitionis proditionem: et ea gratia te coniectū eſſe in carcerem vbi vitā finiturus diceris. Grauem quidem fateor (innocenti præſertim) eſſe carceris pœnam. ſed tamen: etiā quæ grauia ſunt et iniuſta dum vitari nō poſſunt leuia exiſtimanda ſunt. Tantum enim lædimur quautū nos lædi putauerimus. Malus eſt carcer: ſed fortaſſe ſi is te nō teneret grauius aliquid pati cogereris: vndique enim pericula imminent. Qnis ſcit an interfici potueris: niſi carceris cuſtodia curet. Satius vero eſt in carcere viuere: q̄ foris turpiter interire. Cogita præterea multos philoſophorū hoc ſolitariū vitæ genus conq/

Conſulatoria de captiuitate.

Nō ſemper que natura bona ſūt proſunt hominibus.

ſiuiſſe:vt multitudinis moleſtiam deuitarent. Ocioſus aūt ſi velis:immo maxime negocioſus fueris: doctiſſimus enim quū ſis:licet quottidie aliquid legere: ſcribere:meditari:componere:quanq̄ breui futurum

Falſū diu latere negt

ſpero vt innocentia tua intellecta hoc carceris onere libereris. Nihil enī falſum diuitiſſime credi ſolet. Sed interea dum tibi ita viuendū eſt:obſecro te vt prudētiā vtaris neque aliquid grauius feras q̄ ferre ſapientem decet.

¶ Epiſtolę argumentū

Antimonus qui ęxcuſat ſe q̄re diu ad Vitaliū nō ſcripſerit:quia ipſe Libanius illius expectabat litteras:q̄ poſtulaſſent & quaſi rem iuſtā a Libanio exegiſſent vt ſcriberet:ſed quia videbat ſe Libani⁹ ſpe litterarum ab Vitalio mittēdarū deceptū:mutare conſiliū cępit: ita tamē ꝙ cū quadā vſura mittat litteras vt binas pro vnas ab Vitalio accipiat: qui ex Antimono proximis dieb⁹ a Vitalio veniente audiuit Vitalium ſibi ſubiraſci ꝙ nihil ſcripſiſſet tam diu.

¶ Libanius Vitalio ſalutē

Excuſatoria.

ANtimonus qui proxime abs te ad nos venit: a te mihi ſubiratū dicit quod nihil a te ſcripſerim. Tu vero deſine mihi iraſci:qui omni culpa vaco. Vt enim ad te nō ſcripſerim:nō negligētia: nō obliuio fecit:ſed ſpes tuarū litterarū. Quum enim percupidū te intelligerem legendi meas litteras: quibus certior fieres de omnibus quæ hic agunt̄: arbitrabar accepturū me tuas eſſe quæ meas poſtularēt. Sed quoniā ſpes me fefellit:mutabo conſiliū:ſed ita vt litteras mihi reddas cū fœnore Noui quod ad te ſcribā habeo nihil:niſi ꝙ Telemachus vtriuſque noſtri amātiſſimus peſte deceſſit:abſque teſtamēto. Tanta enī vis morbi fuit:vt ante extinctus fuerit q̄ eum male valere quiſpiam nouerit. Filiis multa bella parantur ab

Bona

Quod peſtifera pōt vis vide.

Nota

his qui alieni ſudoris fructus haurire ſolent. Ego tamen pro ea beniuolentia quę mihi cū patre fuit: non ſum eis defuturus. Litteras tuas miro deſiderio expecto: quibus nihil ſuauius legere poſſum.

¶ Epiſtolę argumentū

Vis ſcire cur. Dicit cauſam cur breuē hanc ſcribit pręter ſolitum epiſtolā: quia ille ad quē hanc mittit quaſi dormit nihil reſcribendo: ideo vult temtare vt illum hac breui epl'a de ſomno excitare poſſit.

¶ Libanius Euthrechio ſalutē

V Is ſcire cur breuem nunc epiſtolā præter conſuetudinē erga te meā accipias. Facit hoc longum ſilentiū tuū. Suſpicari etenim licet ideo te nō ſcribere: quoniā nimiū reſcribendo dormis. Volo breuitate experiri an iſtos ſomnos excitare poſſim. Sed hæc ipſa breuitas magnū deſideriū fert quā q̄ epiſtola eſt longe potentior. Fert enim quæ ipſe ferre nō poſſum. Tu ſi me amas ad me continue ſcribe. Accuſatoria pigritię

¶ Epiſtolę argumentū

Quoniā te noui. Pulcherrime hic cōmendat extollit & laudat Theophraſtum oratorē ſui temporis Aeſculapii amātiſſimū & ſanguineū ictum. Quę epiſtola habet vim demonſtratiuam ſingularis laudis: quā lectam iterum atque iterum legas.

¶ Libanius Aeſculapio ſalutē

Pulcherrima Q Voniam te noui. Theophraſtū nō ſecus amare: atque teipſum: quæcunq; ei fœlicia contingunt a me tibi declarari oportere arbitror: nō quia ea diſcere aliunde nō poſſis: verum vt me vehementius ames tuos neceſſarios ita amantē: atque me ipſum. Habuit ꝓxime Theophraſtus in frequēti populo elegantiſſimā orationē: in qua omnia eſt cōplexus quare in ꝑfectiſſimo oratore deſiderari poſſunt. Demōſtratiua ſingularis laudiſ Theophraſti. Laus Theofraſti oratoris.

Nota Dicam nō minus vera q̄ iucūda pronūciatio adeoq;

ſuauis: cuncta illuſtrans: vt nõ muſæ nõ Apollo ĩpelo
qui ſuauius vt opinor poſſẽt· Videbatur ſane more
Meduſæo auditores oẽs in ſaxa vertiſſe: ita in ſe vnũ:
oculos omniũ: menteſq; conuerterat. Quum horas
quinq; oraſſet: tum demum cępiſſe viſus eſt: quũ lo=
qui deſiit. Illa enim oratio vt chariſſima mihi fuit: ita
facillime fauorem plauſumq; omniũ et meruit et con
ſecuta eſt· Gaude igitur mecũ hac Theophraſti glo/
ria: quæ vt ipſe vides ſane q̃ maxima eſt: ex finitimis
nanq; auditoribus nulli diſplicuiſſe difficillimũ & p=
pe diuinũ putare debemus.

¶ Epiſtolę argumentũ

Venturũ te ad nos. Locatur in epiſtolã Honeſiphori quem ipſa certo et multis verbis pollicita fuerat ad Libaniũ venturũ qui neque venit neq; cauſas more deſcripſit: quare mendacem vocitat epiſtolã et a mẽ/daci miſſam auctore: tandem illius miſer tus vrbaniter illi veniam dat adiecto ſcomate.

¶ Libanius Honeſiphoro ſalutẽ

Accuſatio/ia menda is epl'e. — V Enturũ te ad nos epiſtola quã a te nouiſſime — Iocoſa
accępi ambitioſe promiſit: tu vero neq; venis:
neq; moræ cauſas renunciari mihi ſtudes· In=
Mendax pl'a. — de fit: vt tu mendacem epiſtolam oſtendas: & ipã te
mendacii autorem faciat: Nihil enim illa quod man/
daueris atq; iuſſeris: afferre mihi potuit: quum ligata
arctiſſimis nexibus mihi delata fuerit. Ego vero neq; — Iocoſa
te amicũ: nec illam tibi fidiſſimam nunciam accuſa/
bo: ſed illius potius miſerebor: quæ in itinere fortaſſe
partem aliquã in diuerſorio reliquit: quam hoſpes
pro obſonio accæperit. Tu vt ignoras cauſas diſqui=
rere deſinas aliã mitto epiſtolã: eamque pecunioſe ta/
bellario praebeas: qui nihil ei deeſſe patiatur:

Epiſtolę argumentū

Si vellem digna. Carpit ipſum ſilentii & accuſat ꝙ neque ſermōe neqꝫ litteris iam diu nihil ad Libaniū ſignificauit quaſi mutus factus atqꝫ verba non noſſet formare humana: ſubuererīqꝫ aliquid inimicicię ſub-ortum quod: hui⁹ taciturnitatis ſit cauſa ad ſcribendum tandem clam adhortari videtur.

Libanius Diani ſalutē

SI vellem digna meritis tuis facere neque voce
neque literis te alloquerer: diu etenim mecū
ſilentio vteris: nō aliter q̄ ſi immobilis tibi lin-
gua eſſet: & que humana verba formare nō poſſet.
Nihil auſus loqui tecum ne tibi moleſtus eſſem: præ-
ſenti epiſtola tibi ſignifico demirari me ꝙ nihil loqua
ris. Subuereri enī mihi licet ne aut me inimicum tibi
putes: aut mihi ſis ipſe inimicus. Sed vt illud ipſum
falſum eſſe certe noui: ita hoc me ambiguū maxime
Mota reddit. Quare ne ambigua mēte ſim: diſſolue tuis lit
teris ęnigma. Nam vt te amicum cupio: ita inimicum
non timeo.

Epiſtolę argumentū

Si preter naturā. Beleus Caliſchenē defunctū Libanii amantiſſimā perſequebatur contumeliis et criminationibus quod Libanio durum et nimis impiū videbatur: qui enim mortuis detrachit illos que lace-rat cum viuis vix cōgredi audet. Vnde hęc eſt epiſtola reprehenſiua cum quadam dura reſponſione pro defuncto.

Libanius Beleo ſalutē

SI præter naturā conſuetudinēque meā: rep̄hē   Reprehen ſoria epl'a.
Optima ſorias ad te litteras ſcribo: ſcias id te efeciſſe:
q̇ Caliſthēi viro optimo atque mei amantiſſi-
mo et eidem mortuo detrahere diceris. An te non pu
det innocentem mortuum nō reſpondentē tam acri-   Mortui n
ter inſectari. quænā eſt hęc crudelitas? Quid tibi eſt   detrahes.
impie atque ſceleratiſſime vir: cum Caliſthenis candi

diſſima anima? An exiſtimas nõ habere Caliſthenẽ: qui eius cauſam defenſionemq; ſuſcipiat? Sed age finge adeſſe iudicem cauſæ quæ tibi eſt cum Caliſthene: habendã ne fidem accuſationi tuæ credis: niſi teſtes adducas? An hi omnes mendacii te conuincent? niſi forte ſceleratũ aliquẽ inuenias: hoc eſt tibi ſimilẽ: ſed huiuſmodi homibus credi nõ ſolet. Crede mihi ſi in manus meas tua ſcripta peruenerint nõ cõmittã vt reſpondentẽ mendaciis tuis deſideres aut cõtemnas. Nam et quæ falſo illi obiectas diſſoluã: & veriſſima crimina in te conferam.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quę epiſtola. Pulcherria ep̄la ad retrahendũ ſtudioſos adoleſcentes ab amore mulierculatũ quę atroces bonis artibus hoſtes ſunt. Vnde dicit Libanius ſe recepiſſe epiſtolam ex manibus Anthimachi: miſſã a patre Ariſtophanis quã & ſi falſum putat: tamẽ Libanium plurimũ ex ea turbatum eſſe docet: cętera plana ſunt.

¶ Libanius Ariſtophani ſalutẽ

Anocat a/nimũ a meretritio amore. Pulcherrima

Quæ epiſtola Antimachi manibus reddita mihi a patre tuo fuit: ea mihi ſignificauit: quę et ſi falſiſſima puto: tamen acerbiſſima mihi fuere. Diceris mulierculę cuiuſdã amoribus implicari: vt muſarũ q̃rũ diualumn⁹ fuiſti: obliuio te cępit. O ſcel⁹ o dedecus. Nomẽ amiſiſti vt vnã ſeq̃ eris. At hęc infamiam: illæ gloriam: hęc breuẽ voluptatẽ: illæ perpetuã fœlicitatẽ: hęc fetorem: ille ambroſiam ſuauiorem promittunt odorem. Conſidera o infœlix quid ſequaris: quid amittas. Reuoca in memoriam & conſiderationem quid adoleſcens fecerit Hercules: atq; vt herculeam compares laudem illum quoad potes imitare. Contẽpſit ille iuuenili & nitido aſpectu mu=

Adoleſcẽs ne implicetur amore mulierũ.

lierem quæ delicias afferebat: deformem vt videbat̃ ſecutus: quæ diuturnis laboribus ſuauiſſimã immortalemq; mercedem promittebat. Crede mihi quum iſte adoleſcẽtię furor deferbuerit: pudebit te factorũ. At ſi mihi audiens fueris paterne conſulenti: quottidie fæliciorem te factum videbis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Plurimũ me. Leoncius conſilio olim Libanii dicẽdi arti ſe applicuit: ſed propter rei difficultatẽ ꝙ facile eloquentiã etiã magno ſtudio aſſequi nequiuerat ab ea diſcedere illa poſthabita: decuit: ideo Libanius ipm̃ Leonciũ mirũ in modum adhortat̃ ne hoc ſit facturus: et a re & a bonis naturę quę aptiſſima ſunt ipſi Leoncio conceſſa ad hanc amplectẽda argumenta ducit: ne hanc deſeret artem honeſtiſſimã qua nihil hominibus inter hominies neque honeſtiꝰ neq; conducibilius ſit.

¶ Libanius Leontio ſalutem

Dignissi=ma

Hortatoria vt eloquẽtiam nõ deſeret.

PLurimũ me tibi debere agnoſco et fateor: qui nihil abſq; meo conſilio facere velis: id enĩ teſtatur amorem maximũ erga me tuũ: quãtiq; me facias perſpicue declarat. Verum vt olim hortatu meo ad eloquentiam animum appuliſti: ita nũc rei difficultate perterritus petis an te profecturũ in ea putem. Arbitratu etenim tuo videns omnem operam: omneq; tempus amittere quod eloquentiæ impenderis. Ego vero per noſtræ amicitiæ vinculũ iuro vberrimos te fructus conſecuturum: ſi in veteri ſententia permanſeris. Quid enĩ eſt per deos quod tibi eloquẽdi maieſtatem adimere poſſit: inuenis facile: diſponis prudenter: partiris cõmode: tuas partes grauiſſime tueris: repugnantes acute refellis: pleno gratię exitu orationẽ & quottidianã etiam claudere ſoles: aurea verba: perpolitas ſententias loquaris. Quid ego de modeſtiſſimis tuis geſtibus: q̃d de ſuauiſſima vo=

ce dicam? cui⁹ naturali harmonia Orphei more ſiſte/
re flumina; mouere ſyluas; monteſq; poſſis. Nam ta/
li es memoria; qualis raris cõtingat mortalibus; adeo
vt obliuiſti difficilius q̃ meminiſſe poſſis; Hæccine te
ad eloquentiã adhortant̃; an dehortant̃ ab eloquen=
tia? Deberes certe; ſi omnes mortales diuerſa conſule
rent; vnã diſcere: qua nihil & publicis & priuatis ho/
minibus ornacius et conducibilius eſſe poſſit. Quod
ſi hęc omnia tibi deeſſent; nõ tñ continuo eloquentiã
aſpernari deberes. Quid enim magis naturale eſt q̃
loqui? quid deinde hominibus honeſtius q̃ bene arti
fidoſeq; loqui. Quamobrem obſecro te qualem fidẽ
habere ſoles et vis; ne cępta ſtudia itermittas. Quod
ſi feceris conſilio meo nõ vulgari fœlicitate affectiuũ
eſſe te cognoſcis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Delectarũt me. Epiſtola eſt regratiatoria: cõmendauerat nempe Libanius ipſi Demetrio Olympiũ in quodam negocio vt illi adeſſet cõſilio et auxilio: quod & ipſe Demetrius ſtudioſiſſime effeciſſe dicit: quã rẽ Demetrius per Euphemiũ ad Libaniũ deſcripſit: vnde Libanius hic reſpondit Demetrio dicẽs has maiorẽ in modum litteras ſibi attuliſſe ſingularem voluptatem.

¶ Libanius Demetrio ſalutẽ

Ep̃la regratiatoria.

DElectarũt me pręter modum litteræ tuæ; quas
Euphemius heri mihi reddidit; eis enĩ q̃tum
me amas intellexi. Nã Olympio quẽ tibi enĩ/
xiſſime cõmendauerã ſcribis te ita affuiſſe: vt in re dif
ficilima facile ſui voti compos euaſerit. Hæc intelle=
xiſſe iucundum potius q̃ inopinatum fuit. Semper
enĩ mihi perſuaſi nõ poſſe me Olympium fruſtra tibi

comēdare: & quia is vir optimus eſt: & quia tu in ami
cos liberaliſſimus eſſe conſeniſti. Habeo itaqꝫ ingen
tes tanto beneficio gratias·

¶ Epiſtolę argumentū

Optatiſſimas mihi. Euſebius poſt diuturnū ſilentiū quo nullas ad Li
baniū dederat litteras: tandem ſcripſit reddens ipſum cęrtiorē cur tāto
ſit vſus littetarū ſilentio: vniuerſum illud in aduerſam valitudinē repo
nēs quę Euſebiū diu captiuū tenuit: quas ab Euſebio miſſas Libanius
dicit ſibi optatiſſimas & deſideratiſſimas fuiſſe: in quibus cauſam tam
diuturni ſilentii expoſt expoſuit.

Narratia

¶ Libanius Euſebio

Fpl'a credē
tialis.

O ptatiſſimas mihi litteras tuas tandem legi q=
bus diuturni ſilentii cauſa mihi ſignificata fe
cit vt ego continuo quam lętitiam ex litteris
tuis cæperam in mœrorem cōuerterim. Ideo enim te
nō ſcripſiſſe cauſaris quoniā aduerſa valitudo te diu
detinuit. Me igitur ſcias ꝫ ęgritudine tua vehemen=
ter doluiſſe: & nunc proſperiori valitndiue lętari·

¶ Epiſtolę argumentū

Vlixem litteris. Libanius ad Liſippū miſit in quadam re expediēda
Vlixem hominē facundū: quo cum nullas ſcripſerat litteras arbitrās
ipſum Vlixem negociū ſibi facundius & diſertius expediturum q̄ id
potuiſſet per litteras deſcribi: pręſertim cum ipſe Vlixes illius rei cō/
ficiendę ſit cupidiſſimus: hanc tamē Libanius mittit Lyſippo quaſi cre/
dentialem epiſtolā quę tamē tardius fortaſſe in manus Lyſippi veniet
quā ipſe Vlixes cui omnia non ſecus q̄ ipſi Libanio credat.

¶ Libanius Lyſippo ſalutē

V Lixem litteris vacuum ad te mitto: quod for/
taſſe miraris. Cęterum ſcias velim ea me gra=
tia id feciſſe quo melius quid te facere velim
intelligas in ea re quam ille tibi ſignificabit. Neqꝫ enī
perſuadere mihi poſſum ita apte vel efficaciter litte
ris ſicut lingua vidi; diſertiqꝫ pręſertim homīs poſſe

ani mã meã tibi declarari. Ad hoc accedit: ꝙ Vlixes agere laturus videbať ſi ad te ea de re ſcripſiſſem cui⁹ ipſe me ſit cupidior. Viſus nanqꝫ fuiſſem: parũ ei cœdere. Te igitur maxime oro: vt in omnibus non aliter Vlixi fidem habeas atque mihi haberes. Is autẽ fortaſſe antea ad te venerit q̃ has accęperis litteras.

¶Epiſtolę argumentũ

Quid eſt Polemi. Libanius Polemiũ maxime amabat quod viciſſim facere Polemius tepide ſtuduit: immo quos ipſe Libanius charos ſibi amicos habuit illos perſequi nitebať Polemi⁹ quod non mediocriter Libanio diſplicuit. vnde hic ſcribit dehortãs Polemiũ quẽ vere amat et prope inuitũ quia non redamabat: ne in contentionẽ aſſiduã cũ Libanio deſcendat: amicorũ enim vnus eſt anim⁹ non diſcentiẽs. Et dicit fortaſſe nomẽ hoc tuũ ꝙ vocaris Polemius apud grecos quod ſonat bellicoſus: apud latinos te incitat ad conſerendũ manus mecum.

¶Libanius Polemio ſalutẽ

Diſſuaſoria et dehortatoria.

Q Vid eſt polemi optime atqꝫ maxime ꝙ te etiã inuitũ amare compellor. Quanq̃ enim bellicoſus es et frequenter conſeris mecum iniuſto pręlio manus: ad quod bellicũ te nomen fortaſſe inuitat: ego tñ non deſino et te quottidie vehementius amare: & quibus poſſum in rebus honori tuo inſeruire. Deſine tandem eis eſſe infeſtus: quos charos eſſe mihi animaaduertere potes. Saltem ſi placere nõ vis certe mihi diſplicere nõ debes. Hoc enim tu quoqꝫ nimiæ crudelitatis eſſe nõ negaris.

¶Epiſtolę argumentũ

Vereor ne ſ am. Creonicus amicus fuit ſingularis Libanii qui Libaniũ rogauit vt Athenis aliquid ſibi expediret. hic Libanius ſe vehementer excuſat: & confitetur ſe multa promiſiſſe Creonico quę nũc explere nequaq̃ poteſt propter ſuũ ab Athenis diſceſſum Et huic diei maledicere quo diſcedere Athenis cogat: male ſe omnia perpeti etiam

eſſemus:ad credendum vero difficiles: nihil que niſi acri ſtudio exploratũ:ad occultas cordis ſedes intro duceremus· Adde ꝙ facilius eſt quod ſemel perſua/ ſum nõ fuerit:in animum deinde inducere:q̃ euellere quod ſemel inſederit· Hinc odia hinc acriora bella: hinc rerũ publicarũ miſerandi exitus:hinc potentiſſi morũ regnorũ excidia deuenere. Quãobrem te oro vt conceptã de me opinionem ex animo deleas: & in poſterũ nõ omnis audiendos tibi conſtituas.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quum eſſem confir. Hęc epiſtola ſummo cõfecta artificio beniuolẽtię plena patri conſulit Salino ne filiũ ſuũ Polydorũ cogat eam quã nolit ducere vxorem propter multa que hinc naſcuntur perniciosiſſima ma la. in cęteris enim fere omnib⁹ parentis iuſſis filiũ parere ęquũ eſt: in ducenda vero vxore filio libertas honeſtę concedi liceat vt ducat quę placeat & non quam exoſam habeat.

Hortatiua ne filiũ co/ gat q̃ nolit vxorem du cere.

¶ Libanius Salino ſalutẽ

Optima

QVum eſſem confirmandę duntaxat beniuo= lentiæ cauſa proxime ad te ſcripturus :nunci/ us qui ad aures meas modo delat⁹ eſt effecit: vt ipſum diligentius cupidius que adeo etiã celerius fieret. Audio te Polydoro:quẽ noſtra amicicia mihi filiũ dedit:eam velle tradere vxorem quæ ei minime placet:id quod mihi placere ſatis non poteſt. Primũ omniũ vt liceat parenti vel ad mores optimos: vł ad litteras:vel ad parandas cõformandaſq; opes filium adhortari:vxorem certe ex animi ſententia ſuſcipere permittendus videť· Quippe quũ cætera oĩa quæ fili us paterno ſectatur imperio reliqui tum impune poſ

Vxor ex a nimi ſeutẽ tia accipiẽ/ da eſt.

Nota ſint ſi diſplicere incœperit:quã ſemel vxorẽ legittime duxeris et proba et improba tenenda eſt:aut certe cũ

infamia eiicitur. Ita vero natura cōparatū eſt vt quę in mala ſpōte deueniemus ea facilius toleremus. Cur ergo in ea re qnæ nihil ad te attinet: tanto iniuriæ genere filiū afficiendū conſtituas? Cur velis omnem ex domo pacem quietemq́ fugare? Quocunq́ enim nō delecta ſponſa ingreditur: illic odii ſedes: querelarum locus: iurgiorū hoſpitiū: domiciliū clamoris: fons deniq́ omnis calamitatis. Quo enim pacto ſeneſcentē: q̄ puellā diſpexeris: & virginē oderis: amabis. Hinc ſæpius adulteria: hinc aliæ fœdiſſimę veneres fluunt: et (quod etiā repugnaute natura fieri videtur) coniugis odium in filios pretendit. Quod innocentiſſimū eſt aliena culpa auget: & paterne charitatis dulcedie prohibetur. Quamobrem pertinacia tanti mali caſus inuehere noli. Redige in memoriā tp̄a iuuētutis tuę: cōſideratione cōplectere: ſi optatā vxorem acæpiſti quā fueris voluptate adeptus: ingrata contingit: quis dolor: quis cruciatus: quæ calamitas animo inſederit. Filio deinde qui ex te genitus ſit eadem iucunda: acerba eadem futura cenſeas quæ tibi olim fuerint. Nota Deniq́ tibi ꝑſuadeas quę nuptiæ præter animi ſnīam celebrant īfœlices eſſe: nā quā ſibi vxorē q̄ſq́ exoptauerit eam ſemp̄: preſertim ſi alter eam locus occupauerit: præſentē finget: vigilās optat: dormiens ſōninat: quātoq́ ei magis negari videt tanto flagrantior flāma corripit: ac vt hui⁹ beniuolētia: ita illius odiū quotidie creſcit. Erit igit ſapiētiæ tuę quū poſſis et tibi et filio et poſteritati couſulere: iu cæteriſq́ filiū tibi obſeq̄ veli: in vxore diligēda liberū filiū optaueri meoq́ conſilio pauperem quæ placeat q̄ opulentā ſed quæ

nigratiſſima ſit ſibi potius ducendā conſtitue; ſi prę=
ſertim pudiciciæ laude præſtiterit.

¶ Epiſtolę argumentū.

Credcre vix poſſum. Iulianus tertius Conſtantinopolitanus impera/tor grece & latine ſcientiſſimus Libaniū in quodā negocio conficiēdo ab ſe miſſt: ipſe vero Libanius Iuliani deſiderio tenebaẗ: ipſius quoqꝫ abſentię impatientiſſimus vnde vehementer hic cęſarem inducere nititur vt ipſe Libanius ad cęſarem cum illius venia poſſet reuerti: ſine cuiꝰ pſentia nihil ſibi ī vita iucundū fore ducat. Eſt hęc epl'a nō ſingu/laris adulatiōis exps. arte tñ cōfecta ad ſingularē bñuolētiā cōpandā

¶ Libanius Iuliano ſalutē

Preeclara

Declarat a cerbam eſſe ſibi vitam ſine cęſaris preſentia.

CRedere vix poſſum quo nihil eſt mihi certius: iuſſu tuo abs te magnæ rei neceſſitate digreſ/ſus: & libenti et inuito anīo abs te abſum. Nā vitam potius negligere q̄ imperia tua poſſe videor. Solent labores et paruula quæ pro te mihi ſuſcipien=da prępōnūẗ vel ambroſia ſuauiora mihi videri. Vn de fit vt ſi ita iubeas a me ip̄o nedum abs te abeſſe ve lim. Verum quum te mihi numinis loco ꝓpoſuerim ſine te videri dulce nihil poteſt. Ocurris animo ſem=per: quicquid audio Iuliani voces· quicq̄d video nu=minis mei venerandā reddit effigiem. Quū vero lan=gnentes artus dulcis ſomni voluptas recreat: ita mihi adeſſe videris vt quodā mortaliū deorū beneficio ſe iunctus ſolutuſqꝫ a corpore animꝰ aduolare ad te: cō plecti: alloqui: venerari deniqꝫ videatur. Quod nimi=rum ſi mihi adimereẗ fatum extremū mihi diem ad/eſſe vellē: Porro ne diutius his cruciatibus angar ob=ſecro te vt permiſſu tuo ad te redeam: tuaqꝫ numina præſens adorem quæ abſens admiror ſimul atqꝫ vene ror. Sin minus cū tua id gratia fieri pōt: nō modo in/

terdici mihi optatiſſima vrbe ſed ipſa et vita facile patiar.

¶Epiſtolę argumentū

Vide quam tibi parū. Accuſat inconſtantiā Philonici q antea Libanium accuſabat negligentię in ſcribēdis epiſtolis. poſtea iterū accuſabat nimię crebritatis litterarū quibus Libanius quę diſplicebāt Philonico ſcribebat.

¶Libanius Philonico ſalutē

Accuſatia ncōſtātie ſcrebrita/

VIde q̄ tibi parum cōſtes: quū anteá me in ſcribendo negligentem appellares: nunc ſcribis celebritate mearū litterarū obtundi aures tuas: quia quæ nolles a me ſcribuntur. Deſine ergo me falſo negligentiæ accuſare: aut quæ vitandi huius criminis gratia fuerint ęquo animo pateres.

¶Epiſtolę argumentū

Quum animo voluo. Laudat Richorum cum quo iniit perpulchram amicitiā quā a deo datam affirmat & oſtendit quā difficile eſt amicos ab inuicē diſcedere: deinde laudat militiā in ipſo Richoro. Et hec epl'a nō ſatis correcta eſt ibi ꝙ et ſcriptis & vitio non nihil ratiōe pollemus forte ſic melius. Quod & ſcriptis & vitiū non nihil ratione pollemus Et infra Aliquid rerum noſtrarū illis impartiamus. Datum enim eſt mihi exemplar omnifariā corruptū & prauatū vn̄ parū aliquid ꝑfeci.

¶Libanius Richoro ſalutē

QVum animo voluo quæ mihi bona a diis immortalibus conceſſa ſunt: amicitiā tuā imprimis inuenio: deinde illū veneror diem in quo id mihi vſu euenit: primo enī et aſpectu et congreſſu illa effecimus quæ longa alii cōſuetudine lōgoq́; tempore efficere ſolent. Sed poſtq̄ manendū mihi neceſſario fuit: tibi vero alio proficiſcēdū multæ ſunt conſecute lachrymæ. Deinde paruus quidā̄m rumor ad te perlatus eſt: ꝙ et ſcriptis et vicio nō nihil rōne pollemus: quodq́; in medio iuuenū ſedētes vel ꝑſuaſi vel

coacti aliquid rerũ noſtrrañ illis imperamus Quę vo de te memorant ſplendida: magna: præclaraq; ſunt: militaris diſciplina: pugnæ: victoriæ & quod neq; tyrannus neq; ſeruus. Et quum princeps eorũ ſis qui libero exiſtunt animo: bonis omnibus fruunt̃: hęc quidem ingenio: illa vero viribus ſublimia reddis. Huiuſmodi ſermones & aſſecutus es & aſſequeris quotidie aſſecuturus et inpoſterum. Quippe huiuſmodi merces præclara facinora ſubſequi ſolet: qualis eſt quam rebus ab Agammnone geſtis ab Humero tradita nouimus. A diis aũt petimus vt ad nos ipſe peruenias: quo et deſiderio noſtro mos gerat̃: & claritate principis laurus noſter præclarior fiat.

¶ Epiſtolę argumentũ

Opta vt. Omnes qui per Bithiniã iter faciebant Andronicũ laudibus extollebant ideo dicit ſcribens ad andronicum deſidera omnes ire per terrã Bithiniã vbi preſides vt tua laus creſcat: deinde ſubaccuſat Elpidium quẽ a cęterorũ choro & ſocietate diſcedere affirmat. Hęc epl'a nõ eſt plena. Et in greco etiam defeciſſe ſignatum erat.

¶ Libanius Andronico ſalutẽ

O Pta vtiter per Bithyniã multi faciant: ita enĩ ml'tos tuarũ laudũ præcones habueris. Nullus quippe eo proficiſcit̃ quin tui adminiſtrationem imperii ſecum peruehat. Helpidius vero a cęterorũ ordine: atq; ſi ita vis choro: abhorret. Nobiſcum enim canens in aliũ quoq; chorum ſeſe recipit: & in cauſis numorũ munere fungitur.

¶ Epiſto'ę argumentũ

Antiochum. Baſſanius ipſum Antiochum ſingulare ſibi coniunctũ habuit beniuolentia: cui Antiocho Libanius ſe dedit benefeciſſe pro viribus in his quę illi pręſtare eo tempore potuit Libanius & ſi non ſit pro ea q̃ erga Baſſaniũ gerit beniuolentiam: etiam ſi p eo vitam effunderet.

Expoſitia amicicię et beniuolentię.

¶ Libanius Baſſanio ſalutē

a Ntiochum quē ſiugulari familiaritate tibi cō= iunctū eſſe audio: vt primū videre contigit et ſalutaui et tua cauſa omnia ei pollicitus ſum quæ illo tempore expectari a me poſſent: vtq; audentius mea opera vtereť dixi plus lucrifacere me poſſe alia ex cauſa q̄ ex beneficiis quæ apud te familiareſq; tuos collocare poſſem. Homini ꝑ viribus affui: neq; eſt præter miſſum quicq̄ quod aut mihi aut ei ornamento fore conſpicarer. Sed ipſum vniuerſum quod homini præſtiti perq̄ exignū eſt atq; vmbratile. Nā ſi pro te minimoq; tuoꝝ animā effudero neq; aut officio aut meo erga te animo videbor ſatis feciſſe:

¶ Epiſtolę argumentū

Si importunius. Epiſtola eſt cōmendaticia i q̄ua Theopompū amicū ipſi Diogeni cōmendat: vt eius opera & patrocinio Athenis philoſophiā diſcere poſſet. pręclarū eni eſſe bonarū artiū auidos adiuuare atq; de honeſtis ſtudiis bene mereri quo beneficio nihil pręſtantius.

¶ Libanius Diogeni ſblutē

Cōmendaticia Theopompi.

s I importunius q̄ velles atq; ſępius q̄ honeſtas patiatur opera tua in rebus ſane q̄ difficilimis vti intelliges. Theopompus mihi & dulci amicitia & veteri cōſuetudīe cōiunctiſſim⁹: maximā dicendi grām cōſecutus: etiā philoſophiā ab atheniēſibus magiſtris diſcere cupit· Quū pauptas: quę multa mortalium cōmoda perturbat: quominus voti ſui compos fieri poſſit: negociū homini exhibeat. tu qui & potes & ſoles de litterarū ſtudiis bene mereri: non aliter huic neceſſitati inſeruias atque ſi is ego eſſem apud quem beneficia tua collocentur. Nam ſi amicorum: quod veteri prouerbio dicitur: vnus eſt animus: Optima

nimirũ quæ huic præſta bunť in me collocari benefi=
cia videri debebunt.

¶ Epiſtolę argumentũ

Si rariꝰ ad te. Plena eſt hęc epiſtola amicitię & ſinglaris familiarita/
tis: dicit enim ꝙ vera inter homines amicitia & firma litterarũ frequẽ
tia firmať aut firmor ſtabilitur: cur autẽ ad eos crebrius ſcribiť quibus
cum non tanta intercedit firma amicitia: poſtremo reddit cauſam q̃te
nũc litteras miſit: quia Celſinꝰ illũ ĩpulerat vt ſe Libanio cõmẽdaret.

¶ Libanius Stratigo ſalutẽ

Excuſa[tio] frequen[tiae] litterarũ

Egregia Nota

SI rarius ad te q̃ ad cæteros meæ præferunť epi
ſtole: etiã tacentẽ me nõ apud te modo: ſed
alios quoqꝫ defendere potes. Vt enim firmæ
ſtabiles que domus nõ extrinſecus allato adminicu=
lo egent: ita cõſtantes amici quum ſuapte natura ſta=
biles firmiqꝫ ſint: nõ deſiderant vt litterarũ frequen/
tia vetus redintegretur amicicia. Itaqꝫ cuiuſmodi mea
ſit de te fides cõiecturam capere potes. Ad cæteros
enim ſcribens aut quibus nõ nihil diffidam. aut qui=
bus neceſſario ſcribendum eſt. Ad te vero: quia ſine
vlla exceptione teneo: nullas aut certe raras litteras
damus. Et nunc ad te nõ ſcriberem niſi Celſinus in=
ſtaret: cuius apud te cauſa agenda eſt. In hoc autem
genere nihil eſt quod mihi vehementius tecum agere
liceat. Nam et quia iuſtus es: & me amas: a quo reda
maris Celſino viro optimo mihiqꝫ amiciſſimo: tuiſtu
dioſiſſimo in iuſtiſſima cauſa ſua ſponte fauebis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Magnã quottidie. In hac epiſtola inſtabilitatẽ ipſius fortunę accũſat
quę non facile patitus homines fieri doctiores quod perpulchre decla
rat variis hiſtoriis & infœlici rerũ exitu. Vnde Libanius ipſum Po/
lemiũ falſa infamia ſugillatum conſolatur: vt forti animo tanq̃ virtutis
Clipeo tectus queqꝫ fortunę ludibria conſtanter ferat. Et eſt epiſtola de
contemptu fortunę optima.

¶Libanius Polemio ſalutē

Docet fortunā contēnere ſic cōſolādo Polemium.

MAgnam quotidie fortunæ mutabilitatem intuentes nō poſſumus: tanta eſt hominū ignorātia: doctiores fieri. Alius enim ſi boni aliq̄d eueniat cōtinuo beatū ſe dicit: fortunæ blanditur: & ſibi nihil defore putat. Alius in calumitatē coniectus lucem odit: mortem orat. Omnia quippe fortunę obnoxia incerta: fugaciaq́ʒ ſūt. Cur ego aūt honoribus gaudeam: aut tu infamia falſa pręſertim indeſinenter angaris? quum vtrunq́ʒ incertū ineuitabileq́ʒ ſit. An ignoras Priamū aliquando Troiæ imperio ſuperbū fuiſſe? An es oblitus Socratē ab athenienſibus olim pro deo habitū? Non legiſti Lycurgum conditis Lacedęmone ſanctiſſimis legibus diuinos honores meruiſſe? Si tamen omnes indignū tantis virtutibus exitum conſecuti fuerint. Id vnde manaſſe credimus: niſi fortuna illis adimere quod dederat poſſe videbat̄. Inclyta enim illorū nomina nulla vnq̄ delere poterit ętas: quia diuturniora ſunt virtutis q̄ fallacis fortunę munera. Deſine igitur te tantope excruciare ꝙ falſa vt præſcripſi infamia nomen tuū obſcurare nitatur. Amiſiſti et honores et opes: nihil tamen quod tuum eſt amiſiſti. Abſtulit fortuna quod ſponte dederat: virtus tibi reddet: veritas offeret quæ inuidorum malignitas tenebris innoluere tentanit. Vt ergo Chryſippum dicere ſolitum Ariſtoni diſcipulo legimus: fortunæ et contemnendæ blanditiæ: et non curandæ ſunt minę: ſi omni virtutis clypio protegere te poſſis.

Affaberrima Nota

¶Epiſtolę argumentū

Non quia gratiā Libani⁹ vehementer ingratitudinis accuſat Alexā/
drum cuius filium a morte liberauerat: quē tamē monet vt filiū ita in/
ſtituat vt nē patrociniū amicorū quod pro ipſius filii honore offerri de
beret ad eius ſalutis & vitę redemptionē impendi contingat.

¶Libanius Alexandro ſalutē

Pulchra NOn quia gratiā ex te expectem: quē ingratiſſi
mum omniū qui viuāt eſſe noui: Olympio fi= Accuſato/ria ingrati/tudinis.
lio tuo in cauſa grauiſſima affui: eūq; nō mo/
do ex infamia: ſed ex morte ipſa eripui· Venerat enī
in apertam furti ſuſpitionē. Cum igitur accerrime de
fendi veteris beniuolentiæ memor: quę mihi diu tecū
interceſſit. Quare tuū eſt illum emendare ne id quod
ad honores męrendos erat tribuendū neceſſe ſit ad
eius ſalutem impendere.

¶Epſtiolę argumentū

Baſſum freqētiſſimis.|Achacius crebris litteris ipſi Libanio Baſſum
comendebat Helpidius autē contra: ipſum Baſſum variis & multis
contūeliis apud Libaniū afficiebat. Vnde Libanius ne alterū amicū
offēderet neutri morē geſſit: ſic ipm Baſſū nec iuuabat nec oppugnabat.

¶Libanius Achacio ſalutē

BAſſum frequentiſſimis mihi litteris cōmēdas: Excuſato/ria.
eundem Helpidius variis apud me cōtume=
liis afficit. Ego vero quum vtrunq; ſingulari
beniuolentia proſequar: conſtitui neutri morem ge=
rere, ne ſi vni inſeruiam alterū læſiſſe videar. Baſſus
ergo neq; defenſionem neque oppugnationem expe
ctet: idq; quum ſapientiſſimus ſis admirari nequaq̄
debes Malo enim vtriq; videri difficilis q̄ ex duobus
alterū fieri inimicū·

¶Epiſtolę argumentū

Dimocrates noſtri. Libanius ad Polydorū ſcribens dedit ſe ex Dimo
crate adiuuiſſe ꝙ filius Polydori cuiuſdam ſcorti amore captus teneaꝰ

quę res Polydorũ patrẽ multũ ſolicitabat & nimio dolore conficiebat cui hic ſcribens excuſat filiũ reiiciens amorẽ filii in ipſum cupidinem quem poetę cęcum fingunt qui et ipſos deos ſub iugum ſuum mittere ſolet. Regnat & in domios ius habet ille deos. Epiſtola pulcherrima.

¶ Libanius Polydoro ſalutẽ

Excuſatoria capti meretricio amore.

Optima

DImocrates noſtri amantiſſimus a me diligẽter interrogatus de te atque tuis omnibus: inter cætera quæ mihi retulit filium tuum meretricio amore occupatum ſignificauit: quod tibi maximi & immedicabilis doloris materiam ſuppeditat. Qꝫ ſi ingenuæ alicuius amore teneretur te modeſtius laturum fuiſſe aperuit: orauitq; in huiuſmodi rei ſententia litteras ad te darẽ. Quamobrem ita Polydore me ſentire noueris: operæprecium eſſe vt vitã filii ab omni libidinis atque turpitudinis genere vindices eripias que: ſi fieri poſſit. Meretricis præterea amorem non ego ſum qui negem cæteris eſſe mulieribus deformiorem. Verum quum animo voluo cęcũ eſſe cupidinem ſi poetarum figmenta ſequimur: perſuaderi non obſcura ratione videor eiuſdẽ numinis impulſu atque imperio et caſtæ & impudicæ fœminę cupiditatem virorum intelligunt atque ad ſe trahunt. Siquis ergo non miratur: non faſtidit: non damnat denique vnum aliquem huius numinis imperio obſequentem: quia non modo inclyti reges: ſed et ſapientiſſimi philoſophi: & ipſi etiam ſuperbi: & rex ipſe deorum Iuppiter vitare eius arma nequiret: cur aliũ ſub eodem duce militantem odio habeat: execretur:

abominetur? Neq; enim qui impudicam ardet: ſi fie=
ri poſſet pudica: et oī dedecoris onere libera: ſineret
eam infamem eſſe: malletq; animū ſubiicere grauiſſi=
mę fœminæ: & quę omni claritatis genere præſtaret.
Non ſponte ergo ſed coactus eo numine amat impu
dicam aliquis fęminā cū aliquis pudicā amat. Quod
quum ita ſit dignum potius venia et miſericordia q̄
odio filiū ducas: quandoquidem quod inuiti facimꝰ
neq; laudem meremur: neq; iuſtam reprehenſionē.

¶Epiſtolę argumentū.

Multa maioribꝰ. Laudat ipſum Polidorū a mūnificentia & liberali/
tate & merito ſibi hoc nomeu quaſi diuinitꝰ datū eſſe affirmat. Quāq̄
legimus maioribus noſtris & ipſa nomina illis impoſita ab aliq̄ rerū
euentu vt Homero quia cecus eſſet Homerus dictꝰ quod eolica līgua
cecū ſignat. Theophraſto vero philoſopho ſuauiſſimo in dicendo datū
ab euentu nomē Theophraſto quod diuinitatem loquendi deſignat.

¶Libanius Polydoro ſalutē

Bona M Vlta maioribus noſtris ab euentu nomina cō
tigiſſe legimus. Nam et Nomerus quia non
videret: & Theophraſtus quia diuine loque= Lauda munificentiā Polydori.
retur: & alii alia nomina ſortiti fuerūt magna aliqua
ratione. Quod vero nomē tibi adhuc puero impoſi/
tum fuerat qualis deinde futurus eſſes præ ſe tuliſſe
videtur. Nunq̄ enim donare deſinis: quum teipſum
nouo quodam liberalitatis genere amiciſſimū dede/
ris: multum ide dediſſe videris: Pro ſingulari atq; ampliſ=
ſimo mumere quo meipſum nedum facultates omnes
tibi proxime vendicaſti gratiā referre nō potens ob/
ſecro te: vt pię mentis affectū benigno ſuſcipias gra=
toq; animo: quandoquidem vt meritis uō reſpondeā
nō ingratitudo ſed imbecillitas facit.

¶ Epiſtolę argumentū

Audio te paſſim. Cleomachus paſſim & fere vbiq; iactabat ſe nihil ipēdere ipſius Libanii amicitiā: cui nunc Libanius per concine reſpōdit ſe malorum et iniquorum hominum nequaq̄ deſiderare amicitiā: quū cr. blo tales ab hominibus iudicētur quales hi ſunt quorū ſocietate et mutua conuerſatione vtuntur dat ergo intelligere ſe illius malle inimicitiam q̄ amicitiam.

¶ Libanius Cleomacho ſalutē

Declarat / nalorū a/ niciciā rē / ugendam.

AVdio te paſſim vulgare ꝙ amicitiā meā par= ui facias: ego vero vt meritis reſpondeam tuis nō patiar te ignorare amiciciā tuā non modo prauę ſed nullæ eſſe curarę. Malo inimicū te mihi paſſim ab omnibus q̄ amicū exiſtimari. Tales enim plærunq; videri ſolemus: quales hii ſūt qui nobis amicicia conſuetudineq; cōiungunẗ Quare quum nullū ſit flagitiū in quo a vitæ exordio inuolutus nō fueris: debeo ſi volo is eſſe: qui nō omnino imprudēs iudicer gaudere plurimū tuis iſtis inimicitiis. Tibi ꝑinde gratias potius agendas eſſe confitor: q̄ exigendam abs te ineptam et mihi infamem amicitiā.

Bona

¶ Epiſtolę argumentū

Inmodicum mihi. Euphemius habuit filium bonę indolis quē artibus bonis inſtituit quē hic Libanius vehementer adhortatᷣ vt omni ſtudio cura & ſolicitudine velit ſuū filium vt facit bonis artibus erudiendum doctiſſimū reddere: hac enim re ſe ſuamq; famā & celebrem & inmortalem efficiet: Preterea parentibus nihil iucundius charius q̄ eſſe poterit & debet q̄ dilectus filius optimis inſtitutus artibus & moribus. Et eſt hęc pręclara inter cęteras epiſtola.

¶ Libanius Euphemio ſalutē

Hortatᷣ pa/ rem et fili m diligē/ er artibus rudiat.

IMmodicū mihi laborem aſſumpſiſſe videor quum te per litteras ad filii eruditionē hortari conſtituo. Quid enī parenti charius filio? & eo ſpe eximia; & optima indole: q̄d aūt viro grauiſſimo et glorię amantiſſimo claritate diuturnitateq; nō

Pulchra

Nota

minis eſſe optatius poteſt? Ex filiis etenim: ſi eos vir=
tute præſtare contigerit: ſolet parentibus quoddam
immortalitatis donũ largiri: ita vt paternã virtutem
referentes a morte eos defendiſſe vel reuocaſſe vide=
antur. Feci tamẽ vt ſolent qui ſpõte currẽtibus equis
nõ negligentia arguentes: ſed potius cõfirmantes di/
ligentiam addunt calcaria. Ita ego etiamſi facile mi=
hi perſuadeo nihil abs te in filii eruditionem expleri
amplius poſſe q̃ ſponte obtuleris: vis tamen amoris
flagrantiſſima ad ea me ſcribenda coegit: quæ ſi mi/
nus neceſſaria mihi tamen gratiſſima videbãtur. Et
ſic igitur te obſecro: vt omnia ſtudia tua: omnes facul
tates: omnes corporis animiq; vires in nato erudien=
do collocare velis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Perſuadere mihi ſatis. Multis beneficiis Muſonius Libaniũ affecit quibus parem viciſſitudinẽ rependere nequibat quod doluit. Vñ di/ cit ſe neſcire quid tandẽ faciet ne ingratitudinis accuſandus veniret: Qnũ quotiẽs ad Muſon iũ ſcribẽdũ occurrerit occurrit autẽ creberrie ſemper aliquid ſibi petendũ ab ip̃o Muſanio et pulchrũ augendę beni uolentię et repetendę viciſſituidnis locũ inſiinuat. Ingenii ſingularẽ habet induſtria hęc epiſtola.

Pulchra e/
piſtola &
optima

¶ Libanius Muſonio ſalutẽ

PErſuadere mihi ſatis non poſſum quid mihi faciendũ ſit. Si ad te ſcribo: noui ſemper oc= currit aliqnid quid abs te petam. Si ſcribendi officium prætermitto: negligentiã continuo in me re darguis. vtrunque vero mihi permoleſtũ. Tanta enĩ et tam multa in me contuliſti beneficia: vt de referen= da gratia mihi duntaxat cogitandũ ſit: cuius rei nul= lo vnq̃ tempore facultatem mihi auerri arbitror. Ad hoc accedit quod hoc faciens imprudentiæ crimẽ ſub

Captatiua
beniuolen
tię cũ q̃dã
animi gra/
titudine.

ire compellor: quod ſane grauius q̃ negligentia vide/ri ſolet· Cæterum ſi videar nullas: nullas ad te litteras dare: qꝫ vel animo exciderim vel minimũ voluptatis te alloquens capere videar: malim me nõ modo voluptate: ſed etiam vita ipſa priuari. Tu igiť cui datum a muſis nomen qnid mihi faciendũ ſit diuina: & per litteras me tuas admonitũ facias.

¶ Epiſtolę argumentũ

Ex Atheuis proficiſceus. Quũ Libanius Rhodũ veniſſent ex Athe/nis intellexit defunctum ipſius Theopbili amici filium chariſſimum: vita & moribus pręter ętatem cęteris coetaneis pręſtantẽ: cui hic conſolatoriã ſcribit percõcinnã epiſtolã qua adhortatur patrem defuncti vt illius mortem ęquo ferat animo: nihil pręteriens quod in filio com/mendandum erat.

¶ Libanius Theophilo ſalutẽ

De Athenis profiſciſcens Rhodum applicui: vbi triſtiſſimus mihi nuncius renũciatus eſt: A faberri preclara indole adoleſcentem filium tuum ma cõſola immatura eſſe tibi morte præreptum· Quo audito toria vehemementer indolui: non quia noui tibi aliquid e=ueniſſet quod non eſſet mihi ſed cunctis commune mortalibus: ſed quia occurrebat animo: illius abſen/tiam non modo acerbam ſed etiam vehementer pernicioſam noſtræ ciuitati fore. Quanq̃ enim eius eſ=ſet ætatis quæ raro virtutem aliquam: vitia autem plurima ꝑtendere ſolet: tñ nihil leue: nihil puerile aut loquať aut motu corpis aliquo ſignificabat: dulciqꝫ ęqualiũ prætermiſſo cõſortio a ſeniorũ latere nõ niſi inuitus digrediebať. Atque vt breuiter dicã in oibus

præterq̄ ætate ſenex eſſe videbat̄. Neq̄ȝ hoc a me me morari ideo putes: vt doloris ĩteſtini vulnus recrude-ſcat. Sed certe vt intelligas quāto in pauciſſimis amicis grauiorē ſe prębuit: tanto facilius illius mortē abs te ferendā videri. Deceſſit adoleſcens annis inq̄ adoleſcēs: non ſermone: nō moribus: nō ciuiū opinione. Quare arbitratus eum breui temporis interuallo oēs ętatis gradus pręcurriſſe ne doleas obſecro impatiē-ter.

¶ Epiſtolę argumentū

Et dolore & gau. Reddit Steſichorū cęrtiorē de Olympio viro pręſtātiſſimo qui Athenis in ſtudio familiariſſim⁹ fuerat ipſi Libanio: qm̄ ille ſummo cum honore reuocatus ſit in patriā: vbi ille quadā ſingulari virtute pręditus meruit ſua pręſtantia a ſuis conciuib⁹ plurimū coli & obſeruari quē Libani⁹ a ſe diſceſſiſſe dolet quia iucūda ei⁹ cōſuetudīe priuat⁹ ſit. Et etiā gaudet illū ſic honeſtę a ſuis ciuib⁹ ſuſceptū ĩ pria.

¶ Libanius Steſichoro ſalutē

ET dolore & gaudio mirifico affici videor: ꝙ Olympius maximo cū honore in patriam reuocatur. Nam et gaudio hoīem tum ſingulari virtute præditū tū de me optime meritū: ita a conciuibus ſuis obſeruari: vt quaſi vnicā patriæ laudē nō modo homines ſed ipſa moenia: ipſiq̄ȝ parentes aperta voce ab exilio reuocent. Præter modū crucior ꝙ dīſcedens Olympius maxīa me voluptate ſpoliat: quā ex eius ingenio: doctrina: ſuauiſſima cnoſuetudine capiebam. Tamen quod eſt amici hominis gratulor cæteris Olympii familiaribus: qui in omni virtutis genere chariſſimū virū recæpturi ſunt: cuius et ſūmma ſapientia: & naturæ facilitas ſummope cōmendatur.

Gratulat
ria ſuſce
amici ip
tria.

¶ Epiſtolę argumentū

Satis admirari. Alexander Libanio ipſum ſpectatū hominem litteratiſſimum magno opere cōmendabat plus ſolito quod ipſi diſplicuit Li

banio quia in tanta vehementi cōmendatione viſus eſt parū cōfidere Alexander amicitię Libanii: amicorū enim eſt officiū: vt alter alteri ſuam oſtendit voluntatē non magnis additis precibus quod Alexander facere neglexit: ideo hui⁹ facti ipſum hac in epiſtola Libani⁹ accuſat & ne id amplius faciat adhortatur.

Damnat nimiā commendationē factam.

¶ Libanius Alexandro ſalutē

Satis admirari nō poſſum ꝙ ſpectatū tam ſtudioſe mihi cōmendas: tanta etenim cōmendationis accuratione quandā mei erga te animi diffidentiam præ te ferre viſus es: & tu is es (quod minime ignoras) qui et fortunas meas et ipſa præcordia manu tenes. Quamobrem ſiquid a me præterea expetes non rogandum ſed me cogendū ducas: ſi tñ cogi dicitur qui promptiſſime oīa facit. Bona

¶ Epiſtolę argumentū

Quod ingeniū. Baſſus magnifecerat ingeniū & eloquentiā Libanii cuius rei memoriā nunc Libanius etiam facit ſeſe aliquantulū apud Baſſum extollendo & magnū ſe apud illum facit qui Libaniū magni pēdebat.

Narratiua proprię mi[...]tu.ę

¶ Libanius Baſſo ſalutē

Quod ingenium meū: & in tradenda eloquentia facilitatē tibi cōmemorem: nō ſtulta aliqua gloriæ cupiditas facit. Quid enim amplioris ex te laudis expectem: qui me multo pluris facere pro tua humanitate conſueuiſti q̃ ego vel agnoſcam vel poſtulem. Ideo vero adeo frequenter de me ipſo commemoro: vt intelligas capere me quæ in me ſunt: tibi præſtare. Nimirum ſi maiora polliceri poſſem: ea et ſæpius & libentius et copioſius commemorarem. Tu igitur ſis tenui noſtra facultate cōtentus.

¶ Epiſtolę argumentū

Si genus Balei. Epiſtola hec demonſtratiua eſt qua laudat Baleum et ex genere quia nobili ortus familia & preſertī: etiam omiſſa generis

laude: quia homo eſt gratitudinis plenus & litteratiſſimus.

¶Libanius Andranico ſalutẽ

SI genus Balei his litteris ſignificare contendã non Baleo ſed progenitori illius beniuolentiã tuã impetrare velle videbor. Generis itaqꝫ cõmemoratione laudeque poſt habita: & doctũ hominem et gratiſſimũ amicũ Baleum eſſe tibi ſignifico. Quare optime iã tenere potes: ꝙ iſte ſit et amicicia et beneficio tuo dignus.

Demōſtratiua laudis et doctriu[...] in Balio

¶Epiſtolę argumentũ

Gaudeo plurimũ. Priſcus habuit filium nomine Anatolium qui exercitus imperator deſignatus contra patrię hoſtes: victoria potit⁹ fuerat hoſtemqꝫ vinctum & ingentẽ gloriã in patriam reportauit: quod facinus pręclarũ omnibus conciuibus ſingularem leticiã pręſertim ipſi patri qui talem genuerit patriæ filium attulit.

¶Libanius Priſco ſalutẽ

Bona

GAudeo plurimum atque lętor Anatoliũ et victoriam et hoſtem et ingentẽ gloriã in patriã retuliſſe: non modo quia cõciuibus omnibus victoria dulciſſima eſſe ſolet: ſed quia quid ab omnibus et ſperatum ſemper et optatũ fuit ſecundioribus deis is victoria dux peritus erit: cuius et amauerunt maiores: & ęquales admirati fuerũt virtutẽ. Tibi deinde qui huiuſmodi filiũ in lucem produxeris mirifice gratulor: fœliciſſimũ appello. Nam ſi fœliciſſima diuinaque virtute plena filius effecit: omnis rei geſtæ gloria in te feliciſſimũ parentem retorqueri debet.

Laudatiu[...] habitę vi[...] ctorię p pa[...] tris priſci [...] lium An[...] tolium.

¶Epiſtolę argumentũ

Quemadmodũ quũ. Theodorus adoleſcens profectus Athenis diſcẽdarum gratia artium ſic his opera in primis nauabat vt ipſe omnium adoleſcentulorũ virtutis exemplar & viua extiterat imago: incredibilis quoqꝫ illius volabat fama: paulopoſt omnibus reiectis fœliciter cę

ptis ſtudiis:aliorſũm diuertebat animũ q̃ bonę deſiderant artes:quare Libanius illum adhortatur vt redeat vnde delirauit.

Libanius Theodoro ſalutẽ

dmonito acũ repre enſione.

QVemadmodũ quum Athenas cõceſſiſti phi= Optima loſophiæ percipiendę gratia quæ paſſim vul=gabat̃ inſignis de te fama incredibili me vo=luptate affecit:ita qui rumor diſſipatur paulo minus morte mihi acerbus videtur. Diceres enĩ omnẽ poſt habuiſſe diligentiã ſapientięq; amorem:vt mimũ potiusq̃ virũ grauẽ ac tuis maioribus dignum agere videaris. Vt enim mimus in ſcæna meretricis proteruę:fallacis lenonis:auari ſenis:laſciui adoleſcentis ita diligenter ad tempus effingit ꝑſonam vt nõ mimus ſed idipſum quod effingitur eſſe videatur:ita et tu quum Athenas ꝑueniſſes:omniũ diligentiã ſuperare facile videbare:omniũ in te oculos cõuerteras:nihil deniq; pręter Theodori laudes exaudiebatur. Et ſiquis ad diligentiam impellendus fuiſſet:continuo referebatur enitendũ eſſe vt Theodoro ſimilẽ ſe redderet. Nunc autem nõ ſine magno dedecore tuo nõ ſine acerbiſſima amicorũ moleſtia nõ intermiſiſſe modo:ſed omnem abieciſſe diligẽtia diceris. Quare te oro vt ad veterem illam diligentiam redeas. Si feceris:amicis tuis voluptatẽ et tibi plura cõmoda honoresque ampliſſimos certe pręſtiteris.

¶ Epiſtolȩ argumentū

Arbitratus. Libanius quendā familiarē ſuum cuius nomen hic non extat Corinthi petiuit pro libro Platonis quod conuiuiū dicitur vt illū a fratre ſuo in mutuū vel accomodatū acciperet & illum mitteret Libanio qui plurimū eius libri lectione & deſiderio tenebatur.

¶ Liber tertius

a Rbitratus poſſe me vel maxima abs te facilime cōſequi quū eſſemus Corinthi te oraui vt Platonis ſympoſiū a fratre peteres mihi accommodandū: cupio enim libri illius lectione vberrimos aſſequi fructus. Verum hactenus non potuiſti: noluiſſe enim te non dicā deſiderio meo facere ſatis. Quare te vehementer oro vt tandem liberes me tam longa expectatione. Nihil enim Platonico ſympoſio videre hoc tempore iucundius poſſum

Petitoni p libro Platōis ſympoſio acto.

¶ Epiſtolȩ argumentū

Nemo eſt ex. Libanius Elebiū amicū cōmendat Diphilo homini ſui amantiſſimo: vt ſi Elebius ipſius Diphili opera & ope vti voluerit illū adiuuare velit plurimū rogat.

¶ Libanius Diphilo ſalutē

Bona

n Emo eſt ex his qui mecū verſantur quem late at tanta nos beniuolentia coniungi: vt ſiquis amicicię legē oſtendere cupiat: nos duos oſtēdat. Nunc fit vt quiſquis iſtic negociū habet alicuius ope indigens velit a me tibi commendari: id quod iure eos facere ſētio. Nā velle te ſibi fauere ꝙ me amas ſuſpicanť. Itaq; Elebius mei amātiſſimus quum tua opera eget me orauit vt ſe tibi commendarem: quod libentiſſime facio: plurimū enim virtuti eius debeo.

Cōmendaticia vnius amici.

¶ Epiſtolȩ argumentū

Poſſem profecto. Excuſat ſe apud Philargyrum amicum ꝙ librū Ari

ſtarchi philoſophi quem ab eo accomodatum acceperat non domũ remiſit vnde iacturam ipſi amico factam eſſe timet.

¶ Libanius Philargyro ſalutẽ

Excuſatoria de accõmodato codice.

POſſem profecto abs te ſeu negligentiæ ſeu obliuionis accuſari: ꝙ Ariſtarchũ diu apud me hoſpitatũ tibi hactenus non miſerim: etenim iacturam ex mora fortaſſe feciſti. Sed ſi veritati credere volueris animũ omni erga me ſuſpitione vacuum habebis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Vulgata ſententia. Plurimũ hec epiſtola extollit virtutẽ & probitatẽ ipſius Ariſtippi: virtus enim facit vt illos amare cogimur quos nunq̃ vidimus quorũ celebris virtutũ fama ad nos multorũ probatiſſimorũ virorũ rumore peruenit. Et ſic petit Libanius ſe in illius admitti amicitiam ſuorumq; amicorum numero aggregari.

¶ Liaauius Ariſtippo ſalutem

Laudatiua virtutũ ariſtippi.

VUlgata ſententia eſt: eas virtutis vires vt eos etiam quos mĩme nouerimus amare magniq; facere cogamur ſi egregia virtute pręſtant. Optima Hoc mihi etſi et iuſtũ et verum hactenus viſum eſt: nunc tamen q̃ vnq̃ apertius mihi intueri licet. Quippe quum auditis quæ omniũ ore circunferunt virtutibus tuis te ita amare cæperim: vt meip̃o mihi longe ſis charior. Quanq̃ vero diuerſa ſint merita: tamen ſi amoris viciſſitudinem exigam non iniurius facere videri debeo: quandoquidem par eſt amantem redamare. Itaque te maxime oro vt me amicorum numero a ſcribas.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quanq̃ ex omnibus. Laudat Ariſtippum propter eius pręclarã virtutum induſtriam: quanq̃ multa de tuis virtutibus ab aliis didici: tamẽ longe plura ex vna quam ad me dediſti epiſtola accępi: q̃ etiã aliorum pręcõia & laudes ſunt: petit tandẽ vt illi ſit ꝑpetuꝰ amicꝰ habẽdus.

¶ Libanius Ariſtippo ſalutē

Q Vuanquā ex omnibus apud quos de te memi
bona niſſe mihi contingit: multa de tuis virtutibus Laudat ina virtutū Ariſtippi.
didici tamen plus vna præ ſe tulit epiſtola: q̃
omniū ad vnū præconia: Ex illa mihi coniectare licu=
it eos qui te laudaſſent vera quidē: ſed parua tuis me
ritis retuliſſe. Porro ego etſi maiora eſſe tua merita ex
epiſtola didici: tamen te nō poſſum maiori q̃ ante fe/
cerim beniuolentia proſequi. Quandoquidē ea quæ
amoris noſtri fundamenta iecerunt: huiuſmodi ſunt:
vt continuo ita me tibi deuinxerint: vt deuinciri ma=
gis non poſſim. Nam ꝙ me oras vt tua opera aliqua
in re vtar libentiſſime faciā. Tu viciſſim quæcunqȝ ex
me exoptari poſſunt magno anim opete vel potius
impera: tibi enim q̃ mihi inſeruire malim

¶ Epiſtolę argumentū

Quoniā mirificę. Cōmēdat Ariſtippo quandā amicū Philotimū quē
ita tractare velit Ariſtippus tanq̃ cauſa Libanii ageretur.

¶ Libanius Eidem ſalutē

Bona Q Voniam mirifice cupis offerri tibi oſtēdendę Cōmendaticia.
beniuolentiæ erga me occaſionem: qua mihi
eſt exploratius nihil: conſtitui hominem ve=
teri atqȝ ſuauiſſima conſuetudine mihi coniunctiſſi=
mum tibi cō mendare. Philotimu s iſtic magna ha=
bet negocia: indiget tua ope: te itaqȝ oro vt ei pręſto
ſis. Nō Philotinū ſed Libaniū exiſtima. Eum enim
perinde amo atque meipm̄.

¶ Epiſtolę argumentū

Audio plurimū. Scripſit Philotimus ad Libanium ſe ipſius Libanii
cōmendatione apud Ariſtippum omnia conſecutū eſſe que ſperabat.
Reſpondit Libanius ſe id nunq̃ futurū dubitaſſe imo quę futura in/

tabat apud Ariſtippū Philotim⁹ illa quaſi iam facta Libanius cōpertum habebat propter ſingularem illius bonitatem.

Libanius Philotimo ſalutē

Declaratiã beniuolentię.

AVdio plurimum te cōmendatione mea: ea ab Ariſtippo aſſecutum quibus præcipue indigeres: nihil tamen aut noui aut inopinati tuæ litteræ mihi ſignificant. Nam quę futura ſperabas: ego non futura ſed vt ita loquar facta iam rebar: quandoquidem compertū habebam quæ cuperem Ariſtippum negare mihi non poſſe. Neq; vero iniuſte hoc ſubicero quæ impetraueris non mihi ſed potius tum Ariſtippi bonitati: tum meritis tuis accepta referri debere.

Bona

Epiſtolę argumentū

Quottidie tuā. Ex Philotimo Libanius accepit quanta illum beniuolentia proſecutus fuiſſet Ariſtippus et patrocinio: poſtea & ex litteris ipſius Ariſtippi certior factus ꝙ nihil ſibi iucundius accideret q̄ ꝙ aliquid ipſi⁹ Libanii nomine eſſet facturus Demereri eſt bene mereri & bene mereri & regit accuſatiuum.

Libanius Ariſtippo ſalutē

Oſtēſiua ſū mę humanitatis.

QVotidie tuā erga me beniuolentiam ēxperiri: clarius mihi licet: tamen ſi ea mihi notiſſima eſt. Ex Philotimo enim cognoui quanta hnmanitate omnibus in rebus ei affueris: ex te vero certior ſum factus nihil eſſe optatius q̄ vt aliquem tibi commendem. Quoniam igitur nullus commendari nunc poſtulat: vt voluntati mos geratur: ego me tibi cōmendo: teq; oro vt mihi aliqnid imperes ne tuorū meritorum magnitudinē ſi me ſemper demerearis ſuſtinere nō poſſim.

Pulchra

¶ Libanius Calliopio ſalutē

Taciturnitatē: ſeu malis morā aut negligentiā me dicere: tam longam pati mihi difficile eſt. Quum enim quintā a me epiſtolā accipias ne verbum quidem reſpondiſti. Sed vnde neſi in ſentē tia perſiſtas: quæ quinta eſt eadē nouiſſima ſit: quod tamen moleſtū tibi fore minime ſuſpicor· Si enim ſi milis ſimilibus gaudent quā amas in alio taciturnita tē probaturus videris.

Rephēſiua neglientiæ nō reſpondētis ad litteras.

¶ Epiſtolę argumentū

Ea mihi tecum. Ingens mutuę beniuolentię conſuetudo Libanio cū Caſſandro interceſſit: ſed quia Caſſander ſubitū fecit diſceſſum nō valedicendo Libaniū: nec poſt hac ſcribendo cauſam vel excuſationē tā velocis ſuę abitionis eum adhortatur ſi quid veteris habeat beniuolē tię vt ſuis litteris Libanium multa liberet moleſtia.

¶ Libanius Caſſandro ſalutē

Optima

Ea mihi tecū eſt beniuolentia vt quæcunq; animo inſederint impertire tibi audiēter poſſim. Fas enim eſt amici admonitionē reprehenſionem que ferre· Non ignoras q̄ coniuncte ſemp̱ vitā ægerimus: nam quum hic eſſes: dies null⁹: nulla tam ingēs occupatio poterat vos ita diſiungere vt aliquo temporis interuallo de ſtudiis noſtris nō colloquere mur. Cæterū quū hinc tibi diſcedendū eſſet adeo cō ſuetudinis noſtræ te cępit obliuio: vt nec valere quidē me iuſſeris: quodq; intolerabilius videri debeat nulla deinde per litteras excuſatiōe vſus es cur hinc tam repēte abieris: cur diſceſſus tui me neſciū volueris. Sed ſi inte ſunt alique amoris noſtri reliquiæ: litteris ſaltē abſentiæ tuæ moleſtiam conſolare.

Expoſitia mutuę amicitię et accuſatiua in ſalutati diſceſſus.

Epiſtolę argumentū

Rūris noſtri. Miſit Libanius optima quedā poma Caronillo q̄ parui muneris loco ne ducat rogat: ea laudando cōparatione pomorū heſperidum Aut Alcinoi regis & meliora eſſe q̄ hęc poma quę carmina poetarū ipſi Tantulo offerunt quę videt non guſtat.

Libanius Caronillo ſalutē

Miſſiua mūeris pomorū iocat᷑

Rvris noſtri agreſtes fructus ad te mitto: at ne parua munera ducas; eiuſmodi mala hæc ſūt quæ neque heſperidū neq; Alcinoni in hortis naſcant᷑. Quid enim refert viliora ne an precioſiora ſint: dum eiuſmodi modo ſint? Meliora ſane ſunt his; quę Tantalo poetarū carmina offerunt. Illa enī duntaxat videntur; nec etiā comedi poſſunt. Quare nō paruū munus ducas; quo minora multa eſſe poſſint. Sed ſatis iocati ſumus vale. Pulcherrima

Epiſtolę argumentū

Maxima afficerer. Hermogenes dolebat Libaniū fuiſſe Corinthi & noluiſſe in domū Hermogenis deſcendiſſe: cui nunc reſpondit ſe nō id ex ſuperbia feciſſe ſed ex ea cauſa quam in textu ponit. Et eſt pulchra epiſtola excuſatoria.

Libanius Hermiogeni ſalutē

Excuſatoria quod amicū non audiuit.

Maxima afficerer moleſtia: niſi prudentiā tuā et humanitatē abunde nouiſſē. Sed quia reꝝ cauſas ſcrutari optime potes; & facilis es ad veniam; recreari maxime videor. Doles quum ꝓxime Chorinthi eſſem: noluiſſe me domi tuæ eē; aut te ſaltem alloqui vl' intueri voluerim. Si hoc aut hoſtiliter aut negligenter feciſſem dignus profecto non reprehenſione modo: ſed etiam perpetuo odio videri poſſem. Sed equidē hęc cōſilii mei ratio fuit: ꝑdurū mihi futurū videbat᷑ te ſimul videre ſimulq; relinquere neq; enim mihi facultas erat iſtuc diutius degendi. Pulcherrima

Sed quid quereris me domi tuæ nõ fuiſſe: quũ mihi perſuadeam ex me coniecturam faciens: me nunq̃ ex animo tuo diuelli. Patere ergo ęquo animo quæ bona ex cauſa facta intelligis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Nunq̃ me. Eupatius ſimilabat ſe amicũ Libanii et coactus ſe fingebat amaſſe: ſed quis coactus vnq̃ amat: cui hic amare reſpondit et affirmat ſe malle malorũ inimicitiã q̃ coniunctionẽ: vt intelligatur virtuti nullũ commertium eſſe cum ſceleratis.

¶ Libanius Enpathio ſalutẽ

Accuſatia ſimilanti et falſi amici.

Bona

NVnquã me fefelliſti vir peſſime: nam coactus me non amaſti: quis enim inuitus amet? ſed amoris mendaciſſima argumenta protuliſti. Cur ergo te amicũ ſimulaſti? Cur apertũ inimicũ eſſe doleam? Præſtat ſane vt omnes norint te mihi inimicum q̃ amicũ eſſe. Ex amiciciæ tuæ opinione infamiam aſſequebar qui ſimilis tibi viderer: ſed quia nos inimicos intuentur facile animaduertunt ſcelera virtuti aduerſari conſueuiſſe. Itaq; vt te mihi amicũ videri doleo: ita apertas inimicicias a te mihi prætendi gaudeo.

¶ Epiſtolę argumentũ

Perſuadere mihi. Libanius ſuũ diſcipulum Achillẽ quẽ olim dicendi eloquentiã docuit: neglectę amicitię vel mutuę beniuolentię ſubaccuſat: quoniã poſtea q̃ ab eo Achilles diſceſſerat nullas vnq̃ etiam ꝓmiſſas litteras ad Libaniũ dedit quũ tamẽ illum paterna quadã pietate ĩ docendo officio vltra cęteros diſcipulos ꝓſecutus eſt ideo illũ vehemẽter rogat ad Libaniũ Achilles q̃ creberrimas litteras mittere velit.

¶ Libanius Achilli ſalutẽ

Accuſatoria cũ amica adhortatiõe ad ſcribendas litteras.

Optima

PErſuadere mihi ne tu quidem olim potuiſſes fore vt mei memoria deleri ex animo ſineres. Nunc vero hoc primũ dolenter intueor. Nã

poſtq̃ a nobis diſceſſiſti ne ſemel quidem litteras ad me dediſti: quod et a præmiſſis et ab officio tuo q̃ ab ſit probe tenes. Paterna enim pietate te ſemper ſum proſecutus: dicendi facultatem diligentiſſime docui: plus in te vno q̃ in cæteris ad vnum omnibus diligen tiæ collocaui: quæ nõ parua beneficia cenſeri debent. A quibus enim huiuſmodi aſſequaris eos vehemen ter ſaltem amare par eſt: amoris aũt maxime iudices epiſtolę exiſtimantur: quibus cum amicis abſentibus colloqui licet. Te igitur vehementiſſime oro vt litte ras quę mihi oĩ reliqua voluptate ſuauiores fuerĩt: ad me ſæpius ſcsibas.

¶ Epiſtolę argumentũ

Cogit me. Hęc epiſtola eodẽ eſt argumento quo ſuperior. Nam ſuum diſcipulum Achillem qui ab eo artẽ oratoriã didicerat humaniſſime monet vt illi aliquando litteras ſcriberet ſi id Achilli placeat etiã ſi ipe volet ſuum pręceptorẽ longo litterarũ deſiderio augere et ſeſe patientiſ ſime laturũ ſi id Achilli placeat ſaltẽ illius eſſe immemor.

¶ Eidem

ortatoria dſcriben ũ litteras

COgit me et magnus et debit⁹ erga te amor vt nihil moleſte feram: tibi quod placeat: nihil quod tibi diſpliceat cupiam. Quare ſi tibi vo luptati eſt me lõgiſſimo litterarũ tuarũ deſiderio an gi malim eis carere q̃ potiri. Nihil enim delectat me: quod tibi minimã moleſtiam afferre poſſet. Verũ ſi honeſta aliqua res te a ſcribendo retraxit: & quod ha ctenus omiſiſti tibi faciendum ſtatues: operæpreciũ fuerit. Tu quod optimũ cẽſueris facito: me tñ ſi fieri poteſt memoria cõplectere.

Bonã

¶ Epiſtolę argumentũ

Diſpeream ſi. Scribit Achilli ſuo diſcipulo chariſſimo qui in arte dicē
di ab eo eruditior enaſerat q Achilles paucas ad Libaniū litteras vel
nullas dederat: quod factum mirū ī modū excuſat ꝑpterea quia mirū
deſideriū affectatę voluptatis in Libanio ſurrepſit quonjā ſuus nul/
las legerat litteras.

¶ Eidem

Plena beni/
uolentię ec/
clā deſtin/
accuſatōis

Pulchra

D Iiſpereā ſi vellem te hactemis fuiſſe mihi ſcri/
bendo diligentem: nam ſi vt optabā crebras
ad me epiſtolas dediſſes; tametſi non ele/
gantiſſime ſcripturus fueras; tamen me tanta volu=
ptate non affeciſſes Habet neſcio quid maioris gra
tiæ raritas: et longa expectatio. Porro accipio excu/
ſationē tuā: et ſcriptas abs te q̃ plurimas litteras cre=
dere volo perlatas ad me ante hac nullas: Certe quod
mei memineris: etiam ſi neges: libet mihi exiſtimare.
Vnū eſt quod in te maxime deſidero; vt deinceps
ſcriptas ad me litteras non niſi fidiſſimis nunciis tra
das.

¶ Epiſtolę argumentũ

Tum vellem. Libanius intellexit ex fratre Ciaiani quod Ciaianꝰ tur
pi quadā meretrice captus detinetur quam perdite amaret quare Li/
banius vehementer adhortatur ipſum vt hanc paterni fundi calami/
tatem & honeſtę famę abſorptricem fugiat quantotius fieri poterit.

¶ Libanius Ciaiano ſalutē

Bona

Reprehen/
ſoria qui/
meretric/
captꝰ am/
re.

T Vm vellem me ſurdis auribus fuiſſe: quū fra/
ter tuus me proxime adiens ea de re mihi re/
tulit: quæ ne de inimiciſſimo quidem audire ſi
ne dolore poſſem. Interrogatus enim de ſuorū om=
nium valitudine: bene omnes valere reſpondit: te ta=
men excepto qui inſanire videreris. Quādoquidem
meretricem neq; forma egregia: neque nimis iuuenili
ętate quod fortaſſe nōnulli minus damnarent: ſed de

formē atq̧ ſenio q̄ iuuentuti viciniorē ardentiſſimo amore proſeq̄ris. O cæcū hoiem: & vere fr̄is teſtimonio inſanū: qui fœdiſſimā voluptatē honori tuo anteposueris. At iuuentutē excuſabis: certe ex tāta multitudine vix vnū reperias qui conſiliū iſtud tuum ſibi turpe videri neget. Te itaq̧ oro vt honoris tui rationem habeas: eamq̧ aſperneris quæ ſimul rem a parente traditam: ſimul honorem tuū vorat: & infamiā tuā miſerationemque riſu proſequitur.

¶ Epiſtolę argumentū

Demiror alios. Accępit Lyſidem ipſius amiciſſimum duxiſſe vxorem hac in re etſi non cōmunicato cum Libanio conſilio: optat tamē illi has nuptias perpetuę fœlicitati futuras.

¶ Libanius Lyſidi ſalutē

Gratulatur amico qui honoris cā duxit vxorē.

DEmiror alios mihi voluptates tuas nūciare te vero ipſum hoc non facere: quum præſertim nō ignoras quæ tibi eueniunt: euenire mihi videri: nobis enim duobus nihil poſſit coniunctus repiri: Vxorem: vt a q̄ pluribus accępi: & formoſam: et diuitē: & moribus optimis præſtantem duxiſti. Me tantę voluptatis neſcio quare feceris expertem ſuſpicari nō poſſū: niſi forte veritus es ne mihi nupcię diſplicerent: quas ſine meo conſilio celebraſſes. Atq̧ vt nō negem in plæriſq̧ gerendis vtile eſſe vti amicorū conſiliis: tamē vxorem vnicuiq̧ ducendā ſua potius q̄ aliena ſententia. Cæterū vndecunq̧ id audiuerim gaudeo: plurimū vero tibi gratulor: iſtasq̧ nuptias ppetuo tibi fœliciſſimas eſſe velim.

Pulchra

¶ Epiſtolę argumentū

Proficiſcenti iſtuc. Dicit Libanius ſe non potuiſſe ad Polybiū ſcripta dediſſe propter ipſius Themiſtii nimis feſtinam iſtuc vbi Polybi9 eſt profectionē dicit tamen ſe nuſq̄ amicis Polybii deeſſe: verum illis ſuū

patrocinium pro viribus oſtendere.

¶ Libanius Polybio ſalutē

P Roficiſcēti iſtuc Themiſtio ob eius nimis celerem inſperatumq̧ diſceſſum: longioremq̧ receſſū: litteras ad te dare nō potui: breui itaq̧ ſcias tuos omnes optime valere: meq̧ eoꝝ poſtulatis nunquā deeſſe.

¶ Epiſtolę argumentū

Et ſi cupidiſſimus. Encherius abſens nullas vnq̄ ad Libaniū illi⁹ amātiſſimū litteras dedit quod litterarū ſilentiū tā diuturnū moleſte tulit Libanius: ſed tamē quia abſens rebus bene ab eo geſtis īſignē meruit gloriā: plus dicit ſe lętatū ex tanta illius Encherii laude cōſecuta quā ex eius abſentia doluiſſe: hortatur tandē vt crebris litteris omnib⁹ de ſuis rebus eum certiorē reddet.

Bona

¶ Libanius Encherio ſalutē

E Tſi cupidiſſimus tuarū litterarū diuturnū ſilentium quo mecū viſus es: moleſte tuli. Quādo quidem te illæ mihi preſentem reddere potuiſſent: tamen quia abſens ob res abs te præclariſſime geſtas laudem egregiā es cōſecutus: ne inficier quod ſentio: longe magis tua iſta ſecundiore fortuna vł potius ꝟtute gaudeo: q̄ abſentia doluerim. Verū quod vnum nos præſentes facere poteſt: ſine a te exorem: hoc eſt vt crebro ad me ſcribas: deq̧ tuis honoribus me certiorem facias. Quanuis enim vndecūq̧ huiuſmodi intelligā magna voluptate afficior: tamen ſuauius mihi futurū videł de te ſi abs teipſo certior fiā.

Damnati: diuturni ſilentii.

¶ Epiſtolę argumentū

Et ſi grati. Ananimus quorundā hominū rumore apud Libaniū fuit accuſatus ꝙ patri ſuo nō morē gereret: nec illius inopię quū poſſet ſuccurreret: quod egreferēs Libanius hanc adhortatoriā epiſtolā pulcherrimā ipſi Ananimo ſcribit: docēs quo pacto filius erga ſuum parentē exhibere ſe debeat niſi oīm ingratiſſim⁹ & iniquiſſimus haberi velit.

¶ Libanius Ananimo ſalutē

ortat fili
n obſeq
rētibus.

ETſi grati filii officiū eſſe non ignoro: vt talē ſe Pulcher patri exhibeat vt nulli⁹ odio aut hortatu aut rima reprehenſione indigeat: ſed laudem potius exigere ab omnibus poſſit: tamen qnia rumor quidam circūfertur te patrem nō pluris immo minoris facere quouis mortaliū. Pro mea erga vtrūq; beniuolentia conſtitui: que mihi iuſta et tibi honorificētiſſima videretur: his litteris cōmittere. Non es neſcius te a patre genitum: mira charitate enutritū: bonis artibus inſtructum: et quæcūq; ab optimo parente expeti poſſunt ab illo tibi ſuppeditata fuiſſe: vt tantis meritis quā retuleris gratiā probe tenes. Nā non modo eius imperio nō pares: quod legibus et iure naturę facere iuberis: verum etiā eſurire illū nō modo pateris: ſed etiam cōpellis quum ipſe in deliciis agas. O ingratitudinem minime ferendam. O flagitiū Solonis lege vitandum. Vide ne (quod plerunq; accidere ſolet) tales in te liberi tui ſint qualis tu in parentē fuiſti. Porro quē tibi verū amicū fore putas: qui ne patri quidē cui maxime debes amicus es. Neq; ei ignoras in amicicia viciſſitudinē quandā exigi. Sed ne longioribus immorer: de duobus alterum expecta: & vtriuſq; tibi integra eſt electio. Nam ſi paterno imperio te vt par eſt ſnbieceris: gratiam illi referes: nō quam debes (parentibus enim ſatiſfacere non potes) ſed quæ viribus tuis conceſſa fuerit: infamiam omnem extinxeris. Sin minus te perpetuam vulgi fabulā fore ſcias. Sed ſi ſapiens honori conſules et fungeris officio.

¶Epiſtolę argumentū·

Vehementer letatus. Lyſimachus Libaniū litteris ſuis certiorē red didit de filiolo optima indole ſibi nato quē gaudebat nō mediocriter hi ſce temporibus pręcipue natū quibus Libanius homo magna littera- tura floreret: cui nunc Libanius humaniſſime & gratulanter reſpōdet et illam Philippi regis & Areſtotelis futuri tunc Alexandri pręcepto ris comparationem ſibi vix conuenire affirmat: offert tamen ſe totum ipſi Lyſimacho.

¶Libanius Lyſimacho ſalutē

Pulchra — Gratulatoria de nato filio.

Vehementer lætatus ſum lectis litteris tuis: quibus me certiorem facis natū tibi eſſe filiū indole ſatis bona. Nam quū vir ſis et bonis artib9: & omni virtutū genere ornatiſſimus: euiuſmodi fore filiū tuū facilime coniecto. Nam ſi quadrupedib9 volueris parentū effigies plærunq; inſpicere: nō eſt mirū in hoibus iſtuc inueniri. Nam ipm q; Philippi macedonū regis imitatiōe natū filiū gaudes: nō tam q; natus eſt quam quod temporibus meis natus eſt: non in me ſunt merita que id ſuſtineam: magnoque interuallo ab illius excellentia diſiungor: cuius gratia Alexandrum ea tempeſtate natū Philippus gaudebat. Sed tamen quæcunq; ex me expeti poſſūt ſi tibi filioq; promittis nil alienum a facultate facis. Tibi vehementiſſime gratulor et Neſtoris annos illū tibi viuere cupio.

¶Epiſtolę argumentū

Quoniā compertū. Seuphelius voluit ſcire quo in loco vitā ageret Libanius & quid ipſis diebus canicularibus faceret: cui hac in epl'a reſpōdet ſe eſſe in rure: ſeueriori poſtpoſito ſtudio. Et q; aliquando anim9 ſit laxandus docet.

¶Libanius Seuphelio ſalutē

Bona — Hortat[io] ad an[imum] laxand[um] tem.

Quoniā compertū habeo cupere te ne ſis neſcius vbi degam: quidue his æſtiuis menſibus agam: cōſtitui hac epiſtola et quid ipſe agam: et q̲d

tibi agendũ ſentiam breui aperire. In cyleo ſum rure ſaneq̃ amœniſſimo vbi muſis oĩno poſt habitis vm=broſo ocio et q̄bus licet voluptatibus me oblecto. At ſi queris quid facere te nimis perſeuerãter audio: ſem per ſtudio incumbas. Verendum eſt ne quod modo diligentiſſime facis: odio affectus laſſitudineq; impe ditus et negligenter et minĩe facias; laxanda ſunt ete=nim animi vincula. Nec ỽo clam te eſt; animũ; ad id alligari quodãmodo videri cui contemplando in hæ ret: & fieri quotidie videmus redintegratis virib⁹ q̄e te aliqua ad ruſtinendos labores & homines & iumẽ ta reddi potentiora. Cõſiliũ proinde meũ eſt: vt dies aliquot ſi omittere omnino nõ potes ſtudiũ tuũ saltẽ aliquid demas ex laboribus quos impertiri litteris so/les: quum hoc præſertim tp̄e valitudo potius curan=da q̃ augenda doctrina videatur.

Epiſtolę argumentũ.

Breui epiſtola. Cõmendat ipſi Philatheo Lyſitheũ in hac parua ep̄la nũ paruo tamẽ amore quia plurimũ Lyſitheũ dilexit; verũ quoniã om nes ſuos amicos ad Philatheũ veniẽtes ipſe Philatheus plurimis be/neficiis adornauit: qua re confiſus breuiter illi Lyſitheũ cõmendat.

Libanius Philatheo ſalutem

Commen/datitia epi ſtola.

BReui epiſtola Lyſitheum tibi cõmendo nõ ex iguitate amoris erga illum mei fieri ſcias ſed q̄ maxime omniũ confido & ſimul ſine omni cõ mendatione ad te profectam familiares meos maxi=mis beneficiis proſecutus fuiſti: tibiq; igitur Lyſithe=um maxime cõmendo: virum optimũ tui ſtudioſiſſi=mum mihi chariſſimum.

Epiſtolę argumentũ

Audes vt. Philathe⁹ per epiſtolã Libaniũ certiorẽ reddidit ſibi nihil

poſſe accidere lętius q̃ de ipſo Libanio aũt ſuis ſemper benemereri: cui nunc reſpondet dicens ꝙ Philatheus in ſua epiſtola: illa ipſi Libanio confirmare auderet: quę Libanio luce ſolis clariora & certiora forent: certiſſimus enim eſſet ꝙ Philatheus maiorē in modũ ſingulari beniuolētia Libaniũ proſequeretur quod priuatĩ ex Lyſithei cauſa cognoſcere liquide debuit quē Libanius Philotheo cõmendauerat.

¶ Libanius Eidem.

Pulchra — Haud es vt epiſtola tua ſum factus certior mihi notiſſima cõfirmare vt in qua ſcriptum eſt nihil poſſe iucundius tibi contingere q̃ vt de me aut de meis mereare. Hoc mihi phœbæa luce ſemper clarius fuit: & ea gratia homines mihi neceſſitudine familiaritateque coniunctos frequenter tibi commendo. Neque me mea fallit opinio: ſemper enim petitis potior. Quod ſi nunquã antea cognouiſſem: licitum ſane mihi fuit nunc intueri: quum Lyſitheo ita affueris: vt ne pater quidē vnico filio adeſſe benignus poſſit. Cæterum ſi contendam tibi gratias agere laborem meis imparē viribus ſubiuero. Sed ſi quas debeo non poſſum agere pro tua benignitate non recuſabis. — Reſpõſiu: beniuolentię Philathei.

¶ Epiſtolę argumentum

Maxima voluptate. Philatheus propter Libaniũ ſingulari affuit patrocinio ipſi Doſitheo: quod ipſe Philatheus litteris ſignificauit Libanio: vnde Libanius ſcribens Doſitheo dicit ſe certiorē redditũ litteris

¶ Libanius Doſitheo ſalutē

Bona — Maxima voluptate affectus ſum: ꝙ vt didici ex philatei litteris tui voti compos euaſiſti magis que philatheo me debere & agnoſco — Gaudet doſitheũ adiutũ fuiſſe a philateo.

et fateor:ꝙ tibi in re aptatiſſima affuit q̄ ſi mihi vel maxima beneficia præſtitiſſet: quanq̄ accidere tibi nihil potuit cuius expers fuerim: quū amicorum corpora vnus foueat animus. Si quid præterea eſt quod mea indigeat cura ne id tibi aut verecundia aut negligentia adimat: imparare enim maxima mihi potes: et ego facere omnia pro te et cupio et debeo.

¶ Epiſtolę argumentū

Nondum. Ad amantiſſimū ſuū Zenonē hanc ſcribit epiſtolā quū vbi terrarū degeret omnino neſciebat. vnde euentui rerū hanc commiſit epiſtolam ſi alicubi gentiū Zenonē reperiret quod operę preciū et vtile foret id ab eo peteret quod ſibi petendū cōmiſſum eſſet.

¶ Libanius zenoni ſalutē

titoria. N Ondum compertum habeo vbi degas: nam vndecunq; proficiſcentes percontatus an zenonis nomine reddituri litteras mihi ſint: aut aliquid dicturi: vtrunque negari dolenter audiui. Tamen vbi vbi es hanc epiſtolam fortunę cōmittendam duxi: quæ ſi forte in manus tuas inciderit: operæ precium fuerit. Sin minus voluntati tamen et officio ſatiſfecerim. Quod autem ſupplex epiſtola petit: huiuſmodi eſt· Cupio te videre quo abſente a meipſo abeē videor. Quapropter te oro: vt ad nos tandem redeas: aut ſi impetrari hoc non poteſt: ſaltē te mihi litteris præſentem reddas. Pulchra

Epiſtolę argumentū

Diu tacitus. Cum Libanius graui egretudine & vitę inimiciſſima laboraſſet: ſingulari et accurata ope pręſtantiſſimi medici Maradis liberat⁹ fuit: ipſi Maradi epiſtolam gratitudinis plenā ſcribit. Et quia eo patrono vitę reſtitutus ſit: ſecum dubitat medicū illū an patrē appellat: vtrunq; enim ſibi conuenire contendit.

¶ Libanius Maradi ſalutē

Agit grat as de ſing lari dilige tia in reſti tuenda ſa nitatis fa cta.

Optima

DIu tacitus multūq; cogitaui patrem ne: an medicum te ſalutē: uam vtrunq; tibi cōuenientiſſimū videtur: qui ſis & medicus optim⁹: quo ne Aeſculapiū quidem ſuperiorem quis vere dixerit: & pater mihi fuiſſe videaris: Quum enī ęgritudine peſſima laborarem præſtantiſſimū remediū attuliſti: & quum iam prope vita functum neceſſarii lachrymis proſequebāt: tu phœbæa ope in frigidū corpus abeuntem animam reuocaſti. Qua in re pater mihi iure videris: Verum et ſiquid patre melius homini adeſſe pōt: te mihi fuiſſe duco. Quapropter fortunas omnes quas ſine te poſſidere non poterā et vitam ipſam quam mihi rediddiſti tibi debere confiteor.

¶ Epiſtolę argumentū

Aconium quē. Bachus Libanii amiciſſim⁹ Aconiū Libanio ī primis cōmendarat quē in pręſenti epiſtola Bacho ſcribens dicit ſe nuſq̄ illū vidiſſe nec ſcire vbi degit velle tamē ei omnia propter Bachum oſtendere: et id facturū quū primū illius copiā habere poſſit pollicetur.

¶ Libanius Baccho ſalutē

Narratio cuiuſdā c mendati.

AConiū quē proxima epiſtola mihi cōmendaſti neq; ſum allocut⁹: neq; vidi: neq; vbi degat hactenus intelligere potui. Quod ſaneq; moleſte fero. Quum enim nihil cupiam ardentius q̄ voluntati tuę morem gerere: oblatā mihi optatiſſimam occaſionem auferri doleo. Non deſinam tamen diligenter inquirere vbi ſit: quū inueſtigauero facile tibi

oſtendam: quanti omnes tnos facia. Quod reliquũ vero eſt te obſecro: vt amicis omnibus dicas meo nomine ſalutẽ: etſiqua in re tibi opera mea opus eſt: nõ ignoras me eſſe hniuſmodi amicum cui imperate poſſis omnia.

¶Epiſtolę argumentũ

Legi proxime. Eſt hęc epiſtola intericeteras nõ mediocri artificio dicẽdi in qua Aemilianũ diſcipulũ olim ſuum ob quandã inſignem ab eo orationẽ pro ſuis ciuibus corã Iuliano imperatore apoſtata habitã maiorem in modum laudat: vbi pręſertim inuentionẽ diſpoſitionẽ et elocutionẽ ſic extollit: vt in his alterũ Demoſthenem agnoſſe poteris.

¶Libanius Aemeliano ſalutẽ

Landet eloquẽtiam Aemiliani olim ſui diſcipuli.

Legi proxime luculentiſſimã orationem: quã tuorũ conciuiũ nomine apud Iulianũ principem noſtrum habuiſti. In ea profecto adeo multa: laude admirationeq; digna conſpicatus ſum: vt nihil vnq̃ iucundius elegantiuſq; legiſſe videar. Vt enim de inuentione nihil dicã: quę etſi antiquiſſima fuerit: tamen nõ tuum ſed alienũ opus videri poteſt. Quippe quum vniuerſæ ciuitatis arbitrio et nõ ex ſententia tua ea excogitaueris. Certe mira fuit: & cõmodiſſima rerum dicendarũ diſpoſitio: ſingularis ſentẽtiarum grauitas: verborũ ſuauiſſima venuſtas: elegãtiſſima compoſitio: ita vt alio ordine collocari verba non potuiſſe videantur. Et ꝓfecto nouũ Demoſthenem ſiquis te dixerit: a veritate non longe abfuerit. Neque hæc ſcribo ꝙ laudem mihi attribui velim: cuius olim præceptione vſus fuiſti. Preparum etenim ſicut in ſterili ſolo diligens agricola: ita in diſciplina rudioris ingenii præcipiẽtis diligentia proficere poteſt. Ingenii tamen amplitudini hæc omnia tribui debẽt:

Pulcherrima

cui nihil arduũ:nihil difficile videri poſſit. Non tñ in ficias eo iactare et ſumæ fœlicitatis loco ducere ꝙ huiuſmodi diſcipulũ habuerim. Sed perge:& nomẽ gloriamq; tuã indies longius latiusq; diffunde.

¶Epiſtolę argumentũ

Non pateris. Agebat Aemilianus gratias ingẽtes Libanio precepto ri ꝙ illum laudibus ob artẽ dicẽdi extulerat quã profitebatur ingenue ab ipſo Libanio didiciſſe:cui nunc Libanius reſpondit:tãtã ipſũ Aemilianũ laudem meruiſſe in qua extollenda etiã diſertiſſimus quiſq; facile deficeret:hoc certe ſenſerat Libanius vt laudes eius epiſtolari ſtilo vix ęquare poſſet.

¶Eidem

Non pateris vt dignis te laudibus proſequar: quũ materiã mihi ſuppeditaueris in qua laudanda vel affluẽtiſſimi ingenii fons ſiccari poſſit. Ego nimirũ ſentiebã ſcripſi quæ æquarent merita tua conſequi epiſtola nõ potui. Nam ꝙ facultatẽ ſiquã habes in me referendã putes:amice humaniterq; facis. Quanq̃ vero vt alias ſcripſi potius ingenii bonitate huiuſcemodi elegantiã q̃ mea præceptione aſſecutus fuiſti:tamẽ nõ minimę laudi mihi duco:ꝙ mea præcęptiõe vſus dicaris. Q aũt gratias mihi agis ingentes ꝙ te laudauerim:ſic habeto tibi a me potius agendis gratias:qui laude digna geris:cuius me participem facis. Quapropter deſine me gratiis offendere et laudari iuſte a tuo amantiſſimo patre.

Laudatia eiuſdẽ Aemiliani.

¶Epiſtolę argumentũ

Nihil. Micentius mirabatur patientiã Libanii ꝙ emulis & maledicentibus ſuis nihil reſpõderet. Et iterũ nemini ex amicis illum laude efferẽtibus adblandiri:cui nunc reſpondit ſatis prudenter cur id facit.

Reſpõſiũa ſuper admiratione Micentii.

¶Libanius Micentio ſalutẽ

Nihil maledici me reſpõdere miraris: & amicis

meis laude efferentibus neminē quidē blandiri. Atq; ne alterū faciā pietas me hortatur: furoris enim miſe= reor quo nōnulli impulſi mihi oblatrant: alterū vere= cundū ingeniū ferre nō pōt. Nā qui ſe laudanti blan/ ditur ſeſe laudis cupidū oſtendit: quod pudenti viro graue videri ſolet. Itaq; deſine: atq; opta Libanium eiuſmodi eſſe: vt ei maledicentes mendacii conuincan tur et amicorū præconio dignus videaẗ.

¶ Epiſtolę argumentū

Quum tecū. Chilodemus quū apud ipſum Libanius eſſet multā beni uolentiā Libanio oſtenderat & inter cętera vehementer rogauit ne il/ lius memoriam deleri ſineret locorū diſtantiā temporis quoq; curſum creberris lrīs ipſū viſeret: q̊d nūc Libani⁹ facit et id quidē ꝑhumaniter

¶ Libanius Chilodemo ſalutē:

Q Vum tecū proxime eſſem: poſt multa beniuo lentiæ erga me tuæ argumenta: quibus recon ciliari tibi inimicus potuiſſet: ne dum retineri confirmariq; amicus: oraſti me ne paterer locorū di/ ſtātia fluxuq; tp̄is tui memoriā ex me deleri: quod q= dem et libenter tunc promiſi: & nunc fidiſſime ſeruo. Hocq; tibi per ſuaſum velim: adeo me tui memorem eſſe: vt abeſſe abs te nō videar. Offerẗ et obuerſatur mihi ſe vigilanti ſeu dormienti tui corp̄is effigies: vox auribus intonat: atque vt pacis illis diebus mos nobis fuit cōferre de rebus grauiſſimis videmur. Et quoniā viſus es mearū litterarū cupidus & nunc ad te ſcribo: et ſcribā quotiēs tabellarii offertur occaſio

Pulchra

Nota

¶ Epiſtolę argumentū

Quereris φ. Helicromus conquerebatur ſe eſſe lęſum a Libanio a quō ſperabat ſe poſſe aliquando conſequi magna beneficia: cui hac Libani⁹ reſpondit negans ſe vnq̄ Helicromū lęſiſſe quē tantiſper fecerat vt ple/ rique admirentur vel ſaltem ſcribat in quo illum lęſiſſet.

¶ Libanius Hilocromo ſalutē

QVereris ꝙ te læſerim: a quo beneficiis maximis Excuſatia
te affectum iri ſperabas: Viciſſim ego queror læſionis.
me abs te lædi: ea duntaxat gratia: ꝙ a me læ=
di poſſe te putas: quẽ ſemp̱ tanti feci vt teipſum ne=
dum alios in admiratione impulerim· Sed vnum eſt
quod animum graui moleſtia leuat: quia læſus vt ſcri
bis quo te læſerim non aperis. Aut hoc de me ſenti=
re deſine aut ſignifica qna ſis a me iniuria affectus.
Quod ſi feceris aut veniam ſiquid indigni conmiſe=
rim· petam: aut innocentiæ meæ conſcius ab omni of
fenſa abfuiſſe oſtendam: ¶ Epiſtolę argumentũ

Non poſſum. Idem Helicromus ſcripſit Libanio quomodo Libanı⁹ famę: doctrinę et ingenio illius detraxiſſet: cui hic reſpondens negat ſe hoc feciſſe et dicit ex lecta ep̄la ſe liberatũ fuiſſe ab omni moleſtia hac qm̃ huius innocens eſſet in quo accuſaretur. Vnde pulchre ſe excuſat

¶ Eidem

NOn poſſem vel longiſſima epiſtola tibi expli Excuſato=
care: quanto gaudio riſuq̧ epiſtolã mihi tuo ria impeſi=
noie redditam legerim. Quum enĩ vehemen= tę culpę
ter anxius diu mecum agitaſſem: qua iuiuria hoiem
mihi chariſſimũ affeciſſem: epiſtola tua moleſtiam
omnẽ animo deiecit· Ex ea ſum factus certior fuiſſe
tibi a nõnullis renunciatũ me nomini tuo detrahere:
& interrogatũ de ingenio doctrinaq̧ tua nõ ſolũ ta=
cuiſſe meritas laudes: ſed etiã vituperationem adie=
ciſſe hæc ſumma iniuria. Atq̧ diſpereã ego: ſi hoc cre
dere te credo quo enĩ pacto vir ſinglari prudẽtia p̄di
tus inducere hoc in animũ põt: quũ mores meos non
minus q̃ tuum corpus noueris: minimeq̧ ignores me
tantũ a maledicendo abeſſe: vt vix laceſſitus inimicis
leuiſſime maledicam. Sed finge me cauſam tibi male=

dicendi habuiſſe: nunquid puerile? nũquid ſtultũ futurum fuerit me mihi repugnare? Non ignoras quas tibi et præſenti et abſenti laudes attribuerim: damnare aũt quæ maxime laudaueris nõ leuitatis mõ atque inconſtantię: verũetiã: ſtultitiæ ſignũ eſt. Te proinde oratũ velim: vt ab iſta ſentẽtia animũ dimoueas: quandoquidem te virũ ſimul ingenio ſimul doctrina præſtantem et ſentio et iudico.

¶ Epiſtolę argumentũ

Semper mihi. Helicromus reſcripſit Libanio ſuſcipiens eius excuſationem quã in pręcedenti fecit epiſtola intelligens fuiſſe mendatia q̃ ſibi relata fuerant. Vnde hic laudat Libanius prudentiã & ęquitatẽ ipſius Helicromi quã ex proxima ad ſe miſſam epiſtolam intellexit.

¶ Eidem

Laũdat Helicromũ a prudẽti aĩo

SEmper mihi perſuaſi te virũ eſſe et iuſtum & prudentem: quod in proxima epiſtola intueri nõ nouũ ſed mirifice mihi gratũ fuit. Facis vt te decet; atque vt veritas ipſa exigit; ꝙ mẽdaces exiſtimas qui me tibi detrahere retulerant Ego ꝟo quũ non poſſim te amare vehemẽtius q̃ hactenꝰ fecerim: illud polliceri et poſſum et volo me ſemper in ſententia quæ fuit permanſurũ.

¶ Epiſtolę argumentũ

Vbi vbi. Cõmẽdat Enophilo amiciſſimo ſuo Olympiũ verũ & perhumanum & fidedignũ: cuius cauſam ita tanq̃ ſuam commendat cõmẽdationem non vulgari.

¶ Libanius Enophilo ſalutẽ

Cõmẽdatitia amici.

VBi vbi es compellor te crebris litteris obtundere: & familiares tibi cõmendare. Quum enim palam omnibus ſit; nõ eſſe animã corpori gratiorem q̃ ſim ipſe tibi; multi quotidie confluũt rogãtes vt ſe tibi cõmendare velim· In quorũ acie Olympi bona

us hic eſt vir ſingulari et humanitate et fide:& omni beniuolentia digniſſimus:eum itaq; adeo cõmendo vt cõmendare meipſum diligentius nolim. Atq; vt intelligas me multũ homini debere:nolim te neſciũ eſſe quæcunq; huic præſtireris mihi præſtita me exiſtimaturum.

¶Epiſtolę argumentũ

Quia iam diu. Quia diu Libanius nullas Neſtori litteras miſit putabat Neſtor ſui oblitũ penitus Libanium:vnde id Libanius negat:cauſamq; cur non ſcripſerit adducit.

¶Libanius Neſtori ſalutẽ

Optima QVia iamdiu nihil accępiſti mearũ litterarũ:me tui immemorẽ putas:non hoc exiſtimaturus ſi me noſſes. Neq; enĩ poſſum etiamſi velim te obliuiſci:qui pectori meo ſemꝑ hœres. Q? aũt ad te nõ ſcripſerim cauſa fuit:ꝙ vbi eſſes ignorabam. Excuſatoria quia nõ ſcripſit.

Scio tibi. Philarchus pręclara quedã in rempublicã facinora geſſerat quę pleriq; laudibus efferre ſtudebant quare iure videret̃ Libanius in his ſilere:ſed tamẽ non vt facta Philarchi inſignia pari laude ęquaret veruntamẽ vt ſuę voluntati morem gereret oratione in laudem Philiarchi ſcripſit quam pręſenti cum epiſtola miſit.

¶Libanius Philarcho ſalutẽ

SCio tibi nõ deeſſe qui rerũ abs te geſtarũ laudes ore pleniſſimo prædicent:vñ videor fortaſſe potuiſſe ſilere. Verũtamẽ nõ vt tuas laudes ad alta faſtigia euectas illuſtrem:verum potius vt voluntati meæ mos geratur tuis laudibus ſcriptã orationẽ ad te mitto quã grato aĩo accipias velim. Non quid debeã ſed quid poſſim quidue cupiã conſideres Expoſitia rei factę

¶Epiſtolę argumentũ

Ad me profectus. Themiſtius venerat ad Libaniũ & illi narrauerat ingẽtes ortas inter Lucianũ & Euſtoliũ ambos Libanii amiciſſimos: diſcordias quare hãc Libanius ad Lucianũ ſcribens epiſtolam illam rogat vt accępta contentione deſiliat:indignũ enim eſt doctiſſimos viros more ferarũ inter ſe ſeuire imitando illũ ad mutuã concordiam.

Induƈtiua ad concordiam.

¶ Libanius Luciano ſalutē

Optima

AD me ꝓfectꝰ eſt Themiſtius: ex quo certior factus ſum tibi cū Euſtolio neſcio quid odii intercedere: idq; eo mihi moleſtius fuit ꝙ vtriq; coniunctiſſimus ſum. Demiror vos prudentiſſimos uiros et ſingulari modeſtia præditos: furoris imperio paruiſſe. Indecorū ſane cuiuis mortalium eſt ferarū more ſæuire in aliquē ſui generis: vobis vero turpiſſimum: quos nemo eſt qui hactenus nō optimos cenſuerit. Et nimirū deterior eſt infamia quæ bonam exiſtimationē ſequitur ea: quā nulla bona exiſtimatio præceſſerit. Quamobrem obſecro te per tuā exiſtimationem: & per noſtrā mutuā beniuolentiā vt ab iſta ſententia deſiſtas / Euſtoliūq; ſi aliter fieri nō poteſt me alterū exiſtimans: aut amas aut ſaltē odiſſe deſinas.

Neque ignoras. Pariter & Euſtoliū hortatur vt cum Luciano viro litteratiſſimo redeat in gratiā quo nihil gratius ſibi euenire velit: quoniā vtrique intrgerrimus eſt amicus. Epiſtola perſuaſiua eſt optima.

Inuitatori ad concordiam.

¶ Libanius Euſtolio ſalutē

Optima

NEq; ignoras: neque vt arbitror non meminiſti quantū ſemper te fecerim: & ꝗ vere te ſyncerereq; amauerim hinc fit quæ tibi honori futura video tacere nō poſſū tuq; fideliſſimis cōſiliis meis auſcultare debeas. Accæpi mutuo odio te Lucianūq; affici: tametſi olim ita cōiuncte amanterq; vitā agebatis: vt ſiquis Theſei Piritohiq; beniuolentiā exemplo oſtendere voluiſſet: ꝗ id vobis decorū fuit: vos duos digito mōſtrari: tam hoc eſt vtriq; et indecens & turpe. Satiꝰ etenī ēlente amare: ꝗ quē vehemēter amaueris vł maximā ob cauſam odiſſe. Quod qnū ita ſit te vehementer oro: vt tum honoris veſtri gratia: tum

omni quiete:tum vt me magnā moleſtia quā inde capio liberetis. Si meo hortatu in gratiā redire Lucianus voluerit:nō modo illi non repugnes:ſed venienti occurras· Quod ſi fiet præter modū deuinctus vtriqꝫ fuero.

¶ Epiſtolę argumentū

Litterę tuę. Lucianus Libanio ſcripſit ad eius perſuaſionē & conſiliū velle inire pacis fędus cum Euſtolio a quo inſigni eſſet iniuria affectꝰ modo ipſe Euſtolius id nō cōtemneret:ad quod ꝑ pulchre Libaniꝰ reſpondet ferme fidem dando pro Euſtolio quē ad omnē recōciliationem paratiſſimū promittit futurū & eādem ipſi et Libanio gratiſſimam & Luciano honeſtiſſimā fore.

¶ Libanius Luciano ſalutē

Perſuaſiua reconcilian de pacis et amicicie

L Itteræ tuæ periucundæ mihi fuerūt:quibus et ſi ab Euſtolio graui iniuria affectus qui tamē perinde atque mihi ipi veniam dare ꝑmittis· Non ignoro q̄ difficile ſit ignoſcere præſertim accæpta iniuria que leuiſſima nō ſit:eoqꝫ magis beneficiū apud me collocari video quāto præſtatur difficilius· Na m ꝙ vereriſqꝫ Euſtolius tantū ſibi arroget:vt ne oblatam quidem ab offenſo pacem recipiat:omni ſuſpitione vacat. Neqꝫ enim pacis conditionibus repugnabit. Hoc vnū facere te velim vt promiſſa ſerues paciſqꝫ illi conditionē afferas:quod et tibi honorificū et mihi gratiſſimū fuerit.

¶ Epiſtolę argumentū

Quū proxime. Cum magna animi voluptate accępit Libanius ꝙ ipſe Euſtolius ī gratiā ad quā proximis litteris ipſum odhortabaᵗ redierat cum Luciano:quare maximopere ſe Euſtolio deuinctum putat.

¶ Libanius Euſtholio ſalutē

Gratulaᵗ Euſtoliū rediſſe ī gratiā cū Luciano.

Q Vum proxime ad te ſcriberē. oraremqꝫ vt in gratiam cum Luciano redires:facile mihi perſuaſi fore ne id abs te fruſtra cōtenderē. Neqꝫ enim aut noua aut obſcura tua mihi erat amicicia. Fe

ciſti ſane quid ſperabam: & me hac beneficentia tibi adeo deuinxiſti: vt te nō ſolū cæteris amicis ſed mihi quoq; ipſi in amando pręferam· Quod vt apertius fa ciliusq; intueri poſſis magnū aliquid mihi imperes. Nulla etenim res nullusq; labor me defatigarę poterit in his occupatum que tibi vſui futura ſint vel orna mento.

¶ Epiſtolę argumentū

Et ſi alia q̄. Gratulať Libanius ipſum Lucianū cū Euſtolio rediiſſe in amicitię reconciliationē a quo inſigni contumelia affect⁹ erat: offert ſe etiā obſequētiſſimū ad oīa ꝑ Luciano obeūda q̄ vires illi⁹ ferre queant.

¶ Libanius Luciano ſalutē

Gratulato[r]ia recōcili[a]tionis.

E Tſi alia q̄plurima bn̄ficia erga me tua exigūt: vt tibi quæ poſſum omnia debeam: tamen ꝙ Euſtoliū meo hortatu venia donaſti magnis Bona pręcipue acceptis offenſis me cogit vt quę poſſim poſ ſe cupiā vt magna aliqua in re mihi liceat parem tuis meritis gratiā referre. Sed qualiacūq; poſſum⁹ quū in tua ſit manu vtere me pro tuo arbitratu.

¶ Epiſtolę argumentū

Iſtuc profectur⁹. Theocritus habuit quoddā negocium in eo loco vbi Iphicrates erat cum aduerſario ſuo Cleobolo nomīe Petebat Libaniū Iphicratis amantiſſimū vt litteras cōmendaticias ad Iphicratem ſibi daret quod & Libanius fecit vt hęc oſtendit pulcherrima epiſtola.

¶ Libanius Iphicrati ſalutē

Cōmenda[ti]cia.

I Stuc ꝑfecturus Theocrit⁹ noluit meis litteris Bona vacuus ad te venire: arbitratus quod fore cō fido ſi a me tibi cōmendaretur te ei in cauſa af futurū quā cū Cleobolo habet· Quare te oratū veli: ne cōmittas vt ei præter ſpem aliquid eueniat: eſt enī et mea cōmendatione et tuo fauore dignus.

¶ Epiſtolę argumentū

Mea erga: Iphicrati Theocritū prius cōmendabat vt ſuo adeſſet patro cinio ipſi Theocrito: id Iphicrates facere neglexit quia timebat indi-

gnationē Cleoboli diuitis aduerſarii: quare Theocritus iterū petebat Libaniū pro ſecūda cōmēdatiōe quod hic in epl'a hac Libani⁹ ꝓmittit.

Petitoria ſecunde cō mēdatiōis

¶ Libanius Theocrito ſalutē

M Ea erga te beniuoleutia et merita erga me tua me cogunt nedū hortanť vt tibi vel maxima ac difficilima quotidie petenti nihil negē· Cognoui ex litteris tuis Iphicratem in cauſa nō affuiſſe quod offendere Cleobolū vereretur virum et diuitē et inimiciciarū vltorem; meq; oras vt te illi denuo cōmendem id ego libentiſſime faciā. Quare bono animo eſto: & an ſecunda hęc cōmendātio profuerit; fac me per litteras certiorem.

¶ Epiſtolę argumentū

Fretus ea beniuolentia. Hic Libanius altera cōmendatione non fine ſingulari petitione cauſam Theocriti cōmendat Iphicrati: illū maiorē in modum rogans vt pauperis Theocriti cauſam iuſtiſſimā cōtra potētem et diuitem aduerſarium ſuſcipere defendēdam dignetur; hac vna re nihil gratius Libanio facere queat.

Pulchra

¶ Libanius Iphicrati ſalutē

Cōmendatione ſingulari cū petitiōe.

F Retus ea beniuolentia quā et tu ergā me ſemper præ te tuliſti: et ego nomini q̄ expertus ſum. Theocritū virū mihi chariſſimū in cauſa honeſtiſſima cōmēdaui. Tu vero præter ſpem meā; eiusq; expectationē nec verbū quidem pro ea feciſti: ꝙ Cleobolum et diuitem et inimiciciarū perſecutorē veritus es. Sed heus bone vir· Cleoboline diuitias: an Theocriti paupertatem tuo fauore digniorem putas? At iquis fortaſſe neq; ſuffragor Theocrito neq; refragor. Atqui ſi ei nō faues; tantundem eſt ac ſi repugnes: quia præter te cōtra tam potentē aduerſariū

auxiliari nemo poſſit. Nam debilis eſt excuſatio ꝙ vlciſci Cleobolus acceptas iniurias cõſueuerit: etenim quiuis defendit pauperis: neminem iuiuria afficere videtur. Futurum præterea facile coniecto vt te Cleobolus vel hoc virum bonum exiſtimet ꝙ pauperem in cauſa iuſta tutatus fueris: neque p̄cibus: neque alicuius metu deterritus. Ea etenim virtutis vis eſt: vt vel malis plerunque probetur. Quapropter maxime te oro vt Theocrito omnio aſſis. Quod ſi feceris tantopere tibi debebo vt debere tibi magis non poſſim.

¶ Epiſtolę argumentũ

Scribis ad me. Theocritus ad Libaniũ ſcripſit ſe illius cõmendatione et Iphicratis cui illum cõmendarat patrocinio contra aduerſariũ ſuũ Cleobolũ potentiſſimũ victoriã in cauſa ſua adeptum eſſe: cui nũc Libanius reſpondet dicens ſibi perinde gratum fuiſſe atq; ſi ſibi eueniſſet: polliceturq; ſe longe maiora pro meritis Theocriti facturum.

¶ Libanius Theocrito ſalutem.

Reſpõſiua cũ beniuolentia.

S Cribis ad me et cõmendatione mea et Iphicratis auxilio te in cauſa euaſiſſe victorem: id mihi mirifice placet. Neque enim tibi ſolum: ſed mihi quoque eueniſſe idem arbitror. Q; vero gratias mihi agis eſt quod vehementer odi. Illis enim agendæ gratiæ videntur: qui non ex officio: ſed ex humanitate nos demerentur. At qui qualiacunque ꝑ te feci meritis tuis coactus feci: facturus longe maiora ſi et tu exigas et mihi præſtandi facultas concedat.

Pulcherrima

¶Epiſtolę argumetũ

Tandem redditę. Iphicrates cui Libaniꝰ cauſam Theocriti plurimũ cõmendarat Libanio ſcripſit ſe omnia ad preces Libanii in cauſa Theocriti feciſſe: cui reſpondẽs gratias agit: nihil enim gratius ait ſibi potu iſſe ab eo contingere quo vtrunqꝫ perpetuo ſibi deiunctum & Libaniũ et theocritum ſit habiturus: gratioſiſſimo id eſt qui apud alios gratia valet quia diues & potens.

¶Libanius Iphicrati ſalutẽ

Tandem redditæ ſunt abs te litteræ teſtes amoris erga te mei: quibus nihil vel gratius vel expectatius cõtingere mihi potuiſſet. Ex his eni cognoſcere mihi licuit te preces meas tanti facere: vt nullius vel gratiã; vel odiũ: vł metũ mihi anteponas. Theocritũ enim qui cum Cleobolo potentiſſimo gratioſiſſimoqꝫ aduerſario controuerſiam habebat: tuo vnius auxilio victorem reddidiſti. Qua quidem ex re maiores amplioresqꝫ ſunt laudes quas adeptus fuiſti q̃ vt conſequi epiſtola: vel complecti cogitatione audeam: Tibi itaqꝫ maxĩas habeo gratias: atqꝫ hoc habeto: te vna (vt dici ſolet) manu et Theocritum et me tibi deuinxiſſe: et ita deuinxiſſe vt ex tanta obligatione diſſolui ſola morte poſſimus.

Reſpõſiua cũ gratiarũ actione.

¶Epiſtolę argumentũ

Quę hic agantur. Cupiebat Panthracus ſcire q̃ illic vbi Libanius fuit agerẽtur: cui hac preſenti reſpondet epiſtola qꝛ ipſius annonę ſit defectus & tumultus belli clam ſeuire incipit & paci ſunt admodũ muſarũ amatores qui Bellonã q̃ phębum nę ſequuntur. Ipſe autẽ deditus eſt plus ſolito docendi ſtudio. et in primis principẽ Iulianũ expectat.

¶Libanius Panthraco ſalutẽ

Quæ hic agant̃ itelligere ex meis litteris optas: ea itaqꝫ breui huiuſmodi eſſe nouimus. Magna eſt annonę caritas: & neſcio quis belli tumultus pullulare incipit. Muſarũ ſectatores qui pau-

Expoſitiua eorũ q̃ agũtur apud Libanium.

ci admodũ ſunt Martis nõ Phœbi vexillum ſequuntur. Ego ſenio grauat⁹ inter domeſticos pietes dego: vacans quidem: docendi ſtudio multo q̃ antea magis deditus: adeo vt vno eodẽq; tempore: et ocioſus ſim & maxime negocioſus. Principem: qui aduẽtare nunciatur: auide expectamus. Quæ tibi præterea ſignificem nulla ſunt reliqua.

¶ Epiſtolę argumentũ

Perſępe & nunciis. Ambroſius & per epiſtolas & per nuncios ꝓmittit ſe venturũ ad Libaniũ et ſuos: nec tamẽ venit optat hic Libanius illi⁹ aduentũ malens eum tacentẽ videre q̃ ſępe ſcribentem non venire.

¶ Libanius Ambroſio ſalutem

ptatiua duentus mbroſii.

PErſæpe et nunciis et epiſtolis te breui ad nos rediturum promiſiſti: non dum tamen redis: ea fortaſſe gratia hoc facis: vt nos imparatos inuenias: & ea ſit nobis tuus reditus gratior: tñ ſi quouis modo redeas nobis nõ eſſe gtatiſſimus nõ potes. Verum quidem iampridem nihil ad nos litterarum dediſti. Pleriq; ſuſpicantur te rediturum: ꝙ qui ſcribens et reditum promittens non redit: nulla de reditu mentione facta fortaſſe redibit. Et profecto præopto te videre tacentem: q̃ carere ſcribente.

¶ Epiſtolę argumentũ

Poeticum illud. Antiphilus ſolicit⁹ de Sebaſtiano adoleſcẽte filio ſuo qui operam eloquentię nauabat et illa poſtergata militiam ſequebatur ad Libaniũ ſcripſit querendo quid rerũ ageret Sebaſtianus cui nunc Libanius reſpondit ꝙ abſens eſt. Nã militiã ꝑfectus eſt ſine amicorũ & pręſertim conſilio paterno: in eadẽ re Libanius in ſequenti epiſtola conſolatᷣ patrẽ de filio Sebaſtiano qui militiã petiuit in iuſſu paterno.

¶ Libanius Antiphilo ſalutẽ

arratiua abſentis amici.

POeticum illud in fronte epiſtolę ponere libet abſentem queris fruſtraq; vocas. Abeſt enĩ

á nobis Sebaſtianus et eloquentiæ ſtudium deſerens animum ad bellum appulit. Facile fateor hoc tibi per moleſtum videri poſſe; non ſolum quia ea prætermiſit quibus operã impendendã cenſueras: ſed etiam et multo quidem magis; quia clam te id conſilii cæpit. Militiam enim; ſi maiorum veſtigia ſeruent: quis damnare merito poſſit? Aſſunt Sebaſtiano vires: audacia non deeſt: ingenio prudentiaque præſtat: fortunam ei defore non ſuſpicor: ita vt magnam inde gloriam aſſequi poſſet. Si tamen vbi ſit peruestigauero ea inueni ſuadebo quæ placere tibi ex tuis litteris cognouero.

¶ Eidem

MIſeret me doloris tui; qui profecto communis mihi eſt. Nam quo minus in militia verſari filium cupias cauſa honeſta ſatis videt̃ ꝙ eſt tibi vnicus; et ſpes alterum tibi tollendi nulla offert̃. Neq; enim inficias eo vt ipe ſcripſiſti belli eſſe pericula. Verum ſi hoc vnum animo colligas nulli vitam eſſe expertem periculi conceſſam: fortaſſe filii propoſitum leuius feres; tamen vt tuę voluntati morem geram; litteras ad illum dabo. In Cilicia eſſe dicitur: quibus ei perſuadere conabor; ne tuæ voluutati aduerſetur. Interea bono animo eſto.

¶ Epiſtolę argumentũ

Hęc ſũt quę. Hic Libani⁹ Sebaſtiano ſcribit vt dimiſſa militia redeat ad cępta ſtudia ita enim paternus animus deſiderat; ꝙ ſi ſecus fecerit paternum offendens animum illum extremo dolore conficiet etiã anteq̃ fata exigent.

¶ Libanius Sebaſtiano ſalutẽ

[H]ortatoria [u]t ex mili[ti]a ad ſtu[di]ũ redeat.

HAec ſunt quæ non hortantᷓ vt quid tam diffi/ cile putem quin abs te nõ facilime impetrem: ꝙ iuuenis es prudẽtia ſingulari mihi diſcipu/ lu: s & maiorum tuorum ęmulator: mei amantiſſimꝰ: quæ quidem ꝗ̄ perſuadendum efficacia ſint: facile te/ nes. Quapropter quod magno animo peto benigne mihi cõcedis: nõ ignoras paterno iuſſu vt ad noscon ceſſiſſes vt muſarum ſuauiſſimos liquores haurires. Subinde tamen libris poſthabitis tela corripuiſti: & hoc neſcio primũ patre: deinde inuito atque lugenti: quandoquidem belli periculis eius conſideratiõe agi/ tatis & filio et vnico et nouiſſimo ad modum timet. Quare te vehementer oro: vt chariſſimũ parentis ca= put: & morti proximã ſenectutem conſideratione cõ plexus redeas: eiuſque voluntati obtemperes. Quod niſi feceris paternæ mortis ante diem auctor exiſtẽs: id quod longe abs te & a boni filii officio abſit.

Bona

¶ Epiſtolę argumentũ

Raras nunc. Libaniꝰ olim crebras Pericli litteras miſerat quod nũc minime facit: quia nihil reſponſi ſuſcepat propter ꝑpetuum Periclis ſilentium.

¶ Libanius Pericli ſalutẽ

[Ex]cuſatia [ne]gligen/ [tia]m reſcribẽ[di].

RAras nunc a me litteras accipis a quo frequen tes olim mittebantur: cauſa eſt ꝙ reperio ne= minem: qui ſcriptas ad te perferre velit· Quũ enim perpetuo ſilentio vtaris ſubuerentur omnes ac= cęptis litteris tibi de ſignandis aut per fidiæ crimen in currant; aut ad manes inferoſue cogantur. Quare ſi cupis meas accipere litteras rumpe longum ſilentium tuum.

¶ Epiſtolę argumentū

Quanq̄ nō. Agabitus quū a Libanio diſceſſerat plura Libanio polli-citus fuerat quę explere neglexit: & pręſertim promiſerat ipſius Libanii iam ſenis creberrimā corā principe Iuliano tunc imperatorē facere memoriā nec fecit. Eum primo accuſat neglecti promiſſi: poſt hac rogat vt quum princeps curis ſit vacuus illius ſui ſenis Libanii dignam faciet mentionem.

¶ Libanius Agabito ſalutē

Q Vanq̄ non ſum neſcius quæ hinc abiens mihi promiſiſti te cumulatiſſime ſatiſfacturū: ꝙ nefas eſt prudentem virū et amiciſſimū ſpe promiſſa amicū fraudare: tamen incredibilis erga principem amor eadē me confirmate compellit. Quū principem ocioſum vides et curis vacuum interdum ſui ſenis nomen eo audiente cōmemores: et quanti eū facias: et quanto ſtudio res ab eo pręclare geſtas illuſtrare contendam ſignifices. Quod ſi feceris immortali beneficio me tibi deiunxeris.

Accuſatia negligētis promiſſa.

¶ Epiſtolę argumentū

Neq̄ gratiores. Scripſit Agabitus Libanio ꝙ ipſe Libaniū diligentiſſime coram principe commendauit: & id ipſum princeps Iulianus in optima accępit partem cui nunc Libanius pulchre reſpondit factū commēdans & gratiſſimum id ſibi fuiſſe.

¶ Eidem

Bona

N Eque gratiores neq̄ optatiores iampridem litteras accæpi ea epiſtola quæ ſcripta manibus tuis nunciū Lætiſſimū attulit: gratum fuiſſe principi audire ea quæ de me commemorabas. Neq̄ enī parui muneris loco ducenda eſt optimi maximiq̄ principis non ficta ſed vera beninolentia. Porro vtrique plurimū debeo: tibi qui mei ſtudioſe et in tempore memineris: illi ꝙ verbis tuis benignas aures accōmodauerit. Verum vt ſi fieri poſſit ſtrictiori vin

Actiua gra tiarum

culo me tibi obliges: obſecro te vt id ipſum perſæpe facias.

¶ Epiſtolę argumentū

Tandem os. Hiperichius Libanii amicus diu erga Libaniū vſus ſilētio nihil litterarū perſtrepens tandē vnā miſit ep̄lam Libanio q̄ pfecto adeo gratiſſima fuit vt Libaniū ad plures reſcribendas compulit.

¶ Libanius Hiperichio ſalutē

Gaudet miſſam ſibi ep̄lam poſt longū ſilentium.

TAndem os tibi recluſum eſt: & vna cæterum optatiſſima epiſtola q̄ plrimas reſcribere me compelles. Quum enī nemini mortaliū in ſcribendo ad amicos diligentiam eſſe mirificam: ſilere te ſcribente nullomodo poſſum. Cuius rei argumentū eſſe poteſt: ꝙ ſæpe te ad ſcribendi certamen ſum cohortatus: quo quidem abſentibns amicis iucūdius reperies nihil.

¶ Epiſtolę argumentū

Non infitior. Philippus multa in Libaniū contulit beneficia & tot tātaq; vt ipſi vix de referenda gratia aliquid cogitare concederetur. de reprehendis aut beneficiis cū cumulo & obligatione nihil: attamē quia Agabitus quem Libanius maiorem in modū amabat ibi vbi Philippus erat quedā non vilia habebat negocia agenda quorū cōficiendorū indigebat patrocinio Philippi cui totā cauſā cōmendat q̄ diligenter.

¶ Libanius Philippo ſalutē

Cōmendatio amicicia.

NOn inficior me tanta abs te beneficia accæpiſſe vt lōge mihi honeſtius futurū ſit de gratia referenda cogitare q̄ de cumulanda obligatione. Verum quia Agabitus qui iſtic negocia habet nō cōtemnenda: tam charus mihi eſt q̄ qui maxime: tantaq; eſt magnitudo amoris erga me tui vt defatigari potius petens ego poſſim q̄ tu dans beneficia: facere nō potui quin eum tibi magnope commendē. Te igitur per amiciciā noſtrā oro: vt quibuſcunq; in rebus Agabitus tua opera vti volet ei ita aſſis vt quantū ei mea cōmendatio profuerit facile intelligere poſſit.

¶ Epiſtolę argumentū

Non erat. Phedrus longā ſcripſit ad Libaniū epiſtolā vbi apperire co-nabatur ſingularē ſuū amorē in Libaniū cui nunc Libanius reſpōdit non fuiſſe opus hoc labore: quū iam pridem pręſtantē amorē Phędri in ſe pſpexiſſet & magnitudinē beneficiorū firmatū liquide cognouit.

¶ Libanius Phędro ſalutem

NOn erat opus mi Phædre vt tam longa epiſto la amorem erga me tuū aperires perinde ac ſi nouus ille mihi obſcurus ue eſſet. Veruntamē quotienſcunq; id ex te præſertim ipſo confirmari vi-deo dulce eſſe mihi non inficior. Vnum eſt quod me diſcruciat: quia et ſi in te amando nemini concedere videor: tamen excogitare nō poſſum quo pacto amo ris mei vehementiam manifeſtiſſime tibi oſtendam. Nam facultates meæ adeo exiguæ ſunt: vt magnitudi nem tuorum erga me meritorum ęquare nullo modo poſſint. Sed p tua humanitate nihil ſupra vires me-as expectabis a me: & ego indies maiora beniuolen-tiæ argumenta præ me ferre contendam.

Declarati-ua āicicię.

¶ Epiſtolę argumentū

Athenis decens. Libanius ad temp⁹ Athenas deſeruit: accedens Co rinthum vt illic aliquot dies cū Pompicano ſui amiciſſimo degeret vbi adueniēs nō inueniſſet quia abierat in Ciliciā prouinciā plurimū in-doluit ſtatim litteras ad Pompicanū miſit hortando vt ad ſe q̄ frequen tiſſimas daret litteras.

Bonā

¶ Libanius Pompicano ſalutem

ATthenis decedens vt Chorinthi dies aliquot tecum eſſem non antea noui te in Ciciliā pro-fectum q̄ Corinthū perueni. Quantas hic que relas irata vox in fortunā emiſerit: quātaq; animi mo-leſtia affectus fuerim: non expectes vt his litteris com mittam Dicam vere quæ tunc mihi ſententia fuerit:

Accuſatia nō inuenti amici.

maluiſſem nuſq̃ eſſe q̃ ſine te Corinthi eſſe. Itaque cęterorum familiariũ blanditias faſtidiens: cõtinuo breuem hãc epiſtolam ſcripſi: ſubindeq; diſceſſi. Et quoniam videre te: quod inprimis cupiebam: non licuit: te vehementer oro: vt litteras frequenter ad me perferendas cures: quarũ lectioni nihil eſt quod antepone re velim aut poſſim.

¶ Epiſtolę argumentum

Quum te. Pilanius litteras dederat ad Libaniũ ſingularis indices ſui amoris erga Libaniũ: in quibꝰ multũ laudabat Libaniũ: quod aliquãtulum Libanio diſplicuit maiori efferri laude q̃ humeri eius ferre poſſent.

¶ Libanius Pilanio ſalutem

Amicicię pena, QVum te cogitatione complecterer: & moram rediens iam difficilius ferre inciperem: reddi- Pulchra tæ mihi ſunt litterę tuæ teſtes humanitatis iudiceſque fraterni amoris erga te mei. In quibus nihil eſt quod non probem prærerq̃ q͏ me ſupra modum laudas. Nam perq̃ ſuaue mihi fuit: quod ſcribis mei memoriam tibi fuiſſe perpetuam: teque valere et propediem ad nos rediturum. Qꝫ vero tantum mihi attribuis quantum neque volo: neque poſtulo lędi quodammodo videor. Vt enim non inficias eam merita laude lactari me quod plæriſque mortalium vſu euenire ſuſpicor: tamen quum non ſim neſcius meritorũ meorũ: facile agnoſco maiores eſſe laudes qbus me ꝑſequeris q̃ vt illos humeri mei ſuſtinere poſſit: tamet ſi omnino mihi te ad gratiã aſſentationẽq; ſcribere.

Sed ad hoc impellor vehemtia amoris erga me tui· Cæterum ſi cupis me beatiſſimũ reddere tuo reddítu litteras ipſas ſubſequere.

¶ Epiſtolę argumentũ

Conſcius mutui. Scribit Pilanio ſui amiciſſimo vt tandem redeat ad Libaniũ quia ei⁹ deſideriũ amplius ferre nequit: et partim neglĩgẽtię illum accuſat ꝙ tam diu redire neglexit. difficile eſt amicos nõ mutuo mente conuiuere: quorũ vnus eſt anim⁹ in diuerſis habitãs corporib⁹.

¶ Eidem

Pulchra

Hortatoria et redeat amicus.

COnſcius mutui noſtri amoris nihil ad te ſcribas vereor quod maxime cupiam. Si enim amicorum vna eſſe voluntas debet: cur verear te moleſte laturũ quę mihi maxime placeant. Oraui te ſuperiore epiſtola vt reditũ accelerares: quia diutius præſentia tua carere nõ poſſim: tu vero etſi continuo te redditurum promiſeras nondum redis. Dicerem te perfidum: niſi ſatis exiſtimarem amicicię noſtrę te negligentẽ et amicorum immemorem dicere. Quonam pacto viuendi nobis facultas eſſe poteſt diuerſo ſub cælo degentibus? Si verum eſt quod vulgato prouerbio ore omnium decantatur amicorum corpora plura eſſe: animũ vnum: an exiſtimas quod vni cum eſt ſcindi in partes non poſſe? Redi ergo et continuo redi ne ſi reditum nimis differas ego ad te veniam nõ ſine maximo multorũ incõmodo.

¶ Epiſtolę argumentũ

Non inficias eo. Quorundã teſtimonio & falſa delatione intellexit ſe Libanius lęſum ab Ariſtonico in quẽ indignantem ſcripſit epiſtolam plenam conuicii & incandeſcentię: poſtea vero Libani⁹ ex certis amicis accępit innocentẽ ab hac crimĩe eſſe Ariſtonicũ: apud quẽ nũc ſuppliciter veniã petit. Et eſt ep̃la ſingulari cõfecta induſtria.

¶Libanius Ariſtonico ſalutē

...etitoria ...cie.

NOn inficias ea quæ in te feci odio eſſe digna & maximo et longiſſimo: quādoquidem te virum doctrina moribuſq; præſtantem maledictis ſum proſecutus: innocentem præſertim. Veruntamen maior eſt clementia tua q̄ vereri debeam ne ad ignoſcendum paratiſſimus ſis: præſertim et crimē fatenti: et veniā humiliter petenti. Scripſi olim in te epiſtolā conuitiis plenā: cauſa huius alii fuere delatores peſſimi qui argumentis et teſtibus me conuenientes coægerunt credere te ſcriptis meis nominiq; meo detrahere. Nunc quia innocentiā tuā intueor me facti pęnitet: atque ea vexor moleſtia quā nullis litteris explicari poſſe exiſtimē; atq; ſi fieri poſſit mallem alterum oculum amiſiſſe q̄ epiſtolā illa emiſiſſe. Sed quis furori imperare ſemper poſſit? Videmus ſæpe patrem a filio & a patre filiū et contumeliis et verbere et morte deniq; obſubitum affecto furorem. Quod quū ita ſit ignoſce obſecro ſupplici Libanio: qui aliorum ſtimulis impulſus et ira incenſus ī te ſcripſit. Nā vt quæ ex induſtria facimus indigna venia putantur: ita que coactus furor ſuaſit faciliorem veniā aſſequi par eſt

Pulcherrima

¶Epiſtolę argumentū

Humanitatis &. Laudat Ariſtonicū ab humāitate et clementia q̄ illi veniā dederit & placabilem ſe exhibuit qui beneficio parē non habet gratiam: vnde maluit ſilentio vti q̄ paucis verbis imparem et habere et agere gratiam.

¶Libanius Ariſtonfo ſalutē

...acatiua ...gratiarū ...tione.

HVmanitatis et clementiæ tuę minime ignarus mihi in animū induxi: vt et ſi nouerā te virum innocentiſſimū grauem a me iniuriam accæpiſſe: ve=

Bona

niam tamē peterē quam ſpem minime fefelliſti. Ego itaq; nō reperiens talem tanto beneficio gratiā: nihil habeo ſilentio melius· Vbi enim multa dicenda ſunt paucaq; dicuntur nō deſunt calumniæ· Silentiū vero plura perſæpe affert q̄ ſermonis paucitas. Breui itaq; quas tibi gratias agere poſſū: eas puta etiā ſi nō agantur: tanta enim erga te animo cōcipio vt explicare litteris diffidam.

¶Epiſtolę argumentum

Diuturnū ſilentiū. Nullas diu litteras ad Dichilum amicū Libanius miſerat: quę res poterat illi occaſionē dediſſe ipſum excidiſſe ex Libanii mēoria: in quo ſe pulchre et ingenioſe excuſat dicit ꝙ nulla locorū intercapedo chariſſimos amicos quorum effigies alter in alterius pectore fixę reſident: abſentes reddere queat.

¶Libanius Dichilo ſalutē

Bona

Excuſat[io] ... ria ſilent[ii]

DIuturnū ſilentiū meū tibi fortaſſe perſuadet me tui immemorē factū. Verum longe aliter ſe res habet: nā ideo nunq̄ litteras ad te dedi: quia te pręſentem ſemper intueri viſus ſum. Neq; enī locorū diſtantia chariſſimos abſentes reddere nobis poteſt. Sed ſi tantus ardor tibi eſt litterarū mearū: ſcito me in ſcribendo diligentiſſimū fore.

¶Epiſtolę argumentū

Quia litteras. Quia Dichilus vehementer litteras ipſius Libanii deſiderabat: ideo nunc eadē ſcribit prope ſine materia ſcribendi: niſi q̊d ſatiſfacere illius deſiderio queat.

¶Eidem

QVia litteras meas abs te vehemēter expeti vel nullo ſcribendi argumēto oblato ad te ſcribere conſtitui. Breui itaq; ſic habeto me valere tuiq; amantiſſimū eſſe.

¶ Epiſtolę argumentū

Celerius q̄. Libanius abſens erat quorūdā negociorum conficiendo rū cauſa: cuius abſentiam impatientius amicus Brochinus ferebat Apertius ſententia ſtaret ſi lentius legeres loco celerius. vel forte ironia eſt vt Celerius q̄ velles imo tardius redeo q̄ optas & id tibi nō parum diſplicet. Et cōditionē ardentis amici declarat et ſe rediturū cum primū pollicetur ne amplius expoſtulabit & conquereť de abſentia.

¶ Libanius Brochino ſalutē

CElerius q̄ velles ad te redeo: idq̄ nō deſinis me cum ꝑ litteras expoſtulare. Fateor ſane hoc magnæ beniuolentiæ eſſe argumentū. Nam quum abeſſe me difficilime patiaris oſtendis nimirū videri tibi: te tibi deeſſe: & exploratiſſimū quidem eſt Platonicū illud ꝙ amantis animus in alieno corpore vitam ducit. Sed quia iuſtiſſima amiciciæ lege decet amantem redamari: tibi perſuadeas me reditū æque atque te cupere. Sed quominus voluntati noſtrę fiat ſatis magna et neceſſaria negocia ſunt: quorum mole ex humeris reiecta tibi adolabor. Tu interea abſentiam meam æquo animo feras: & amori noſtro nō ſeruando ſolum; ſed etiam augendo operam impendas.

¶ Epiſtolę argumentum

Qnas a me. Hermippus a Libanio petebát litteras commendaticias vehementer quas cum Tiberio illuc ituro Libanius miſerat q̄ libentiſſime. Et ſuum officium ad queq̄ obeunda pollicetur quę ſuis non ſunt imparia viribus.

¶ Libanius Hermippo ſalutem

QVas a me litteras tanto ſtudio petiiſti Tyberio qui primum mihi obcurrebat iſtuc profecturus ad te libentiſſime dedi; atque vtinā is cui te amanter commendaui: eo ſit in te animo vt oſtendat ſe et tuorū meritorū et commen-

dationis meæ ratione͂ habuiſſe. Siquid præterea eſt in quo mea opa vti velis: ſcias te difficilius petituru͂ q̄ petita exhibituru͂: ſi tamen viribus meis illa maiora non fuerint.

¶ Epiſtolę argumentu͂.

Maximas tibi. Hermipp⁹ gratiſſimo ſuſcepit anio quę ſibi a Libanio beneficia pręſtita fuerant. Et pręſertim ꝙ tātopere eu͂ & litreris co͂me͂daticiis apud amicos in ſuis negociis co͂mendaſſet: cui nunc ex animo Libanius beniuolentiſſime reſpondet dicens ſe nemini mortalium q̄ Hermippo debere.

¶ Eidem

Fretus ea. Libanius Euſebiū quē in primis amabat Analino cōmēdarat quē omni patrocinio ab Analmo deſtitutū quū intellexerat hāc epiſtolam reprehenſione obnoxiā cum quibuſdam nimis mittit duriter illum reprehendendo.

¶ Libanius Analmo ſalutē

Reprehenſoria cū minatione.

f FRetus ea beniuolentia quā prę te ferre videbaris Euſebiū in quo amando nulli cōcedo accuratiſſime tibi cōmendaui. Tu ne verbis quidē ei oſtēdiſti vľ minimū amicicię argumentū: ſed illum hmōi ỽbis obruiſti · Quis ſis neſcio: Libanii tñ amicū te eē ex his lrīs q̄s ille tibi ad me dedit admonitus ſū. Ve

nõ tantũ Libanio debeo: vt eius amicos demereri velim· Etenim facile intueor acceptis a me bñficiis te illi et nõ mihi gratias habiturũ: itaq̧ ad illum concedas. Hæccine ſunt merita meæ in te beniuolentię: obſeruãtiæ: fidei. Vere etiã a nullo cõmẽdatus Euſebius opa et ope tua dignus videri poterat. Sed ſine vlla procella nauigat Euſebius: & te vl inuito quod optat eſt aſſecutus: & niſi omnino es rationis expers: exploratũ habes: nos tibi parem meritis tuis gratiam relaturos. Tametſi virum bonũ nobis cõmendaueris te nõ imitantes illius virtuti fauebimus. Te tamen odiſſe nõ deſinemus.

¶ Epiſtolę argumentũ

Maximis benefi. Plurimis Herculem beneficiis Libanius affecerat et cum Hercules tanq̃ ingratus illi maledictis inſequi non deſinebat: quare illum rogat vt illũ ſui amãtiſſimũ laceſſere maledicendo ceſſet.

¶ Libanius Herculi ſalutẽ

Inſinuata reprehẽſio.

MAximis beneficiis a me ſemp affectus: maledicere mihi nõ deſinis. Contra ego et merenti et nõ merenti tibi ero indies verior maiorq̧ amicus: quod neſcio ſponte ne an ingenii tui præſtantia coactus faciã. Sed certe quacunq̧ id cauſa fiat nõ videor amore tuo indignus. Te pinde ne iniuria mihi ſemper oblatres· Turpe etenim eſt tibi viro docto quẽ oẽs tui amantiſſimũ nouere maledictis inſectari.

¶ Epiſtolę argumentũ

Pater tuus. Accuſat Magneſiũ incõſtantię q multis anis medicinę operã dediſſet: tandẽ illa deſerta et poſtergata: eloquẽtię operã dare cępit: hortaturq̧ vt redeat ad medicã a rtẽ: q̃d vt faciat cõcine perſuadet.

¶ Libanius Magneſio ſalutẽ

Accuſatia incõſtãtię.

PAter tuus ſingulari mihi beniuolentia cõiunctiſſimus me pxime adiit: & vehementer quę

Pulchra

ſtus eſt: ꝙ quũdiu medicinæ ſtudio impenderis: nũc
mutato cõſilio ad eloquentiã animũ appuliſti. Non
ſum ego qui velim aut poſſim te ꝙ eloquentiã cupias
damnare. Quippe ꝗ oratoriæ dignitatis cõmoda no
ui: & ad eã cõſequendã q̃plurimos ſum cohortatus.
Sed ꝙ medicinæ poſthabito ſtudio ad eloquentiam
cõtuleris demiror. Quũ auum patremq; inſignes in
ea facultate viros habueris. Accedit ad hoc ꝙ vetera-
nus in medicina miles vis in eloquentia tyro fieri. Et
vt cũ amico amice loquar facis hoc repugnante natu-
ra. Quum eni ingenii acumine præſtes ſingulariq; pru
dentia: id quod in medico inprimis deſideratur: certe
nõ vocis ſuauitas: nõ linguę promptitudo: nõ tanta
memoriæ fides atq; conſtantia quanta in oratore exi
gitur tibi conceſſa eſt. Sed fortaſſe parua res medici-
na tibi videtur: erras ſane ſi hæc tibi ſententia eſt. Me
dicus enim nõ ſine numine quodã interdũ abeũtem
e corpore animã cõtinet: vitamq; producit. Sed miſ-
ſa hęc faciamꝰ. Obſecro te vt paternæ volũtati morẽ
geras. Qꝫ ſi tanto eloquentię deſiderio corripis: quũ
tantũ in medicina profeceris quantũ fuerit ſatis: tunc
eloquentiã cõplectere. Et vtranq; facultatem egregie
adeptus: & patri geſſeris morẽ et tu cõpos euaſeris.

¶ Epiſtolę argumentũ

Diu oculis. Geneſius longe aberat ab oculis Libanii quẽ ipſe vnice di
ligebat: de cuius abſentia vehementer dolebat & cruciabat: illũ quoq;
hortat̃ vt q̃ primũ de omni ſtatu & valitudĩe Libanii certiorẽ reddat.

¶ Libanius Geneſio ſalutẽ

Desiderat amicũ videre.

DIu oculis meis optatiſſimo vultu tuo haud par
ua locorũ diſtãtia interdixit. Vnde factũ eſt vt
familiares ꝑſæpe quoq; a meipſo abeſſe dixerit. Qñ

quidē inter colloquendū quū te vnū cogitatione cō-
plecterer: perinde acſi et ſurdus et mutus eſſem nec
audire quæ dicebanť videbar: nec reſpondere quicq̄
poteram. Nūc diuturno ſilentio tuo: & hominū qui
iſtinc ad nos profiſciſcunť defectu apprime diſcruti-
or ꝙ valitudinis tuæ ſum neſcius. Te itaqꝫ o charum
caput etiam atqꝫ etiam oro vt de valitudine tua quā
dii optimam tibi præbeant me certiorē facias.

Vtrum moleſtius. Philippus olim amore Libaniū proſequebať poſt hac odio habere cępit quod nunc Libanius dolet: ſecū dubitās vtrum duorū ſibi ſit moleſtius an ꝙ nulla interceſſit beniuolentiā inter Libanium & Philippū vel an ꝙ ipſe Philippus Libaniū odio habere cępit honeſtius tamē dicit fuiſſe nunq̄ cępiſſe amare q̄ ita pueriliter ab amicitia deſilire: tandē tn̄ hortatur vt reſipiſcat ne vterqꝫ ſit fabula vulgi.

¶ Libanius Ppilippo ſalutē

Hortatoria ad amicicīam nō deſeruando.

V Trū moleſtius mihi ſit nō poſſum facile dice- Bona
re: interceſſiſſe ne aliquam mihi tecū beniuo-
lentiā: an ꝙ me nūc odio habes. Vnū hoc ar-
denter vereqꝫ dicā vtriqꝫ honorificentius futurū fuiſſe
vt vľ nūq̄ vehementer inter nos amauiſſem⁹ vľ quod
præſtaret vt dies amiciciā cōfirmaſſet auxiſſetqꝫ. Pue
rorū etenī aut certe virorū in ſtar paleæ leuiſſimorum
hęc cōſilii mutatio ē. Tu ꝑinde: ne fabula vulgi ſim⁹:
redi obſecro in priorē ſententiā. Nā quod ad me at-
tinet: ego nō ſolū ęque atqꝫ antea ſed longe te magis
amo. Plures etenim facio ꝙ me olim amaueris: q̄ ꝙ
nunc odio habeas.

¶ Epľe argumentū

Solent qui. Theophraſtus quē Libanius vnice dilexerat cui grauem atque vitę ſuę periculoſam inciderat ęgritudinē a qua poſtea liberat⁹: quod quū Libanius accepiſſet vehementer gauiſus fuit & ob id hanc gratulatoriā ad illum ſcripſit epiſtolam perconcinnā & breuem.

¶ Libanius Theophraſto ſalutē

Cōgratulatoria de reſtituta amici ſanitate.

S Olent q amicis gratulanť magno conatu oſtē Bona
tare læticiā quam ex eorū cōmodis capiunt.

Ego vero qui compertū et te mihi eſſe chariſſimū: & omnibus nedum tibi beniuolentiam erga te meā notiſſimam eſſe paucis tecū agam. Neq; ei deſideras in me amoris prolixitatem. Accæpi te ex p̄iculoſa ęgritudine quā mihi cōmunem duxi incolumē euaſiſſe. Quod audire tātæ mihi letitiæ fuit vt huiuſce nūcio ꝑpetuo debiturus ſim. Tibi proinde gratulor propinquis amicis patriæ deniq; ipſiq; ex ęgritudine tua moleſtiam capiebat et iacturam faciebat.

¶ Epiſtolę argumentū

Etſi inuitus. Orei frater defunctus erat vita: cuius rei nunciū affert p̄ſens epiſtola in qua certiorē reddit Oreum quid ſit facturus.

¶ Libanius Oreo ſalutē

Optima Etſi inuitus aliquid tibi quod optimū nō ſit renuncio tamen quia intereſſe tua exiſtimo vt quæ euenerunt qualiacūq; ſint intelligas has ad te litteras dare conſtitui. Frater tuus facie: moribus: ingenio: oī deniq; re tibi ſimillimus per dies octo febre ardentiſſima oppreſſus in cōplexu meo extremū vitæ diem clauſit. Porro neque viuenti neq; mortuo vlla ī re defui. Immo vt veriſſima narrem quanq̄ creditu difficilima: ſi contigiſſet vt pro eo aut cum eo emori poſſem: mors mihi hac miſerrima vita gratior fuiſſet. Neque vero expertes vt te conſoler qnum ip̄e cōſolatione egeam: tu tamen quum me prudentia ſuperes fer æquo aīo quæ imperioſa fata iuſſerūt: & nunciū huc aliquem mittas qui rebus veſtris cōſulat quas ille imꝑfectas implicitaſq; reliquit. Nūciatiū mortis fratris.

¶ Epiſtolę argumentū

Quum proxime. Phremilio pudiciſſima defūcta fuerat vxor cuiꝰ mortem ip̄e vir vehementer indoluit: poſtea animū adiecit aliā ducere vel/

le vxorem: quod mognopere diſſuadet Libanius eſſe faciundum vt ſe‑
cunda duceretur vxor.

Libanius Phrenilio ſalutẽ

Conſolato‑ ia deſun‑ ę vxoris.

Optima

QVum proxime vxoris tuæ probiſſimę fœmi‑
næ mortem accepiſſem indolui vicem tuã ꝙ
mors tantũ decus: tantã voluptatem: tantam
deniꝗ fœlicitatem tibi ademiſſet. Et quoniã diceba‑
ris lachrymis planctu vel eiulatu illius mortem pro‑
ſequi: ſatis longa epiſtola lenire conatus ſum animi
tui dolorem. Nũc manat tota vrbe rumor te ad aliã
vxorem capiendã animũ adieciſſe: quod tantũ abeſt
vt probem vt nihil te iniuſtiꝰ feciſſe ſtatuiſſeue vnꝗ
pręſente. Viro etenim ſecunda vxor raro fœlix con‑
tingit. Aut enim virga ducitur aut vidua. Si virgo
iactat ſe iuniorẽ meruiſſe virũ ſempꝗ ſe primæ vxo‑
re in amore poſtpoſitã queritur Sin vidua querelę nõ
deſunt: ſe priori viro fuiſſe chariorẽ. Taceo ꝙ ſuſce‑
ptis ex prima vxore liberis nouercã dare nõ pii patris
ſed immitis crudeliſꝗ eſt. Senex es: præterea deniꝗ
vix dum frigido vxoris corpore nouas celebrare quæ‑
ris nuptias. Quapropter nõ vnus Libanius: ſed mor
tuæ vxoris merita: filii maternã effigiem pręferentes:
propinqui: amici deniꝗ omnes te hortantur vt in cę‑
libatu permaneas. Quod ſi feceris alios voluptate te
maxima vtilitate affeceris.

Epiſtolę argumentũ

Vix poſſum. Phædrus mirabatur per omnes qui ab eo venerant ocio
eſſe deditus: et temporis nullam rationẽ habere quũ tamẽ puer & ado
leſcens ſtudioſiſſimus bonarũ artiũ habebatur quẽ hic Libaniꝰ obiur
gat & hortaẽ vt tempore pręſenti vtaẽ quũ futura incerta ſint.

Damnatia neglĩgẽtię etatis & tẽ poris.

Libanius Phaedro ſalutẽ

VIx poſſim credere que ab oĩbus iſtinc profici‑ Bona

ſcentibus renunciantur:te ocio marceſcere. Quũ enĩ te puerum atque adoleſcentẽ ſtudioſiſſimũ nouerim quum altera ætas imprudentem te faceret:altera ad varias voluptates induceret:nunc virũ quis mihi perſuaſerit eſſe negligentẽ? Sed fortaſſe ad futurũ tempus animũ referens:nunc ſis negligentior. Vide ne te futuri ſpes fallat. Nam ſi ſpes quæ ſemper incerta eſt certa teneat̃:nemo pauper:infœlix nemo ſit. Verum illud nõ ignoras quod fuit nõ eſſe:ſi præteritũ eſt:futura aũt ſæpius promitti q̃ præſtari. Porro qui ſcire poſſis:quatenus tibi vita proroget̃. Sed finge victurum:certe neque mõ eſt tunc quoq; futura ſit cõmoditas:ambigendũ timendũq; videtur. Noli ergo ſi ſapis quæ in manu ſunt imprudenter linquere ſpe cõſequendi que futura ſuſpicaris. Nam vt etiã concedam poſſe te quæ nunc prætermittis deinceps cõſequi:tñ ſi aut inter tp̃s hoc pręterlabi ſinas in poſterum plus aliquid ad cumulum adieceris.

¶Epiſtolę argumentũ

Non es neſcius. Procopius nihil litterarũ diu ad Libanium dederat: quia putabat ipſum Libaniũ omnia poſſe audire quę agerentur apud Procopiũ quod Libanio diſplicuit qui cauſas cur litterę ſcribunt̃ aſſignat:mauult etiã legere q̃ audire quę fiunt apud Procopium.

¶Libanius Procopio ſalutẽ

NOn es neſcius:ea præſertim cauſa ſcribi cœpiſſe vt abſentes amicos alloqui poſſemus:eoſq; certiores faceremus de omnibus quæ eos ignorare indignũ putamus. Sed & illud quoq; nouiſti: plærunq; ſcribi litteras vt alius ad ſcribendũ inducatur: quod mihi proxime ad te ſcribenti vſu venit. Multa enim ſcripſi de quibus abs te fieri certior cupiebam. Tu ve-

Quare e[...] ſtolę ſcri[...] tur.

ro quaſi ſtentoria voce quæ abs te audire cupio: ta-
metſi magno a me locorũ interuallo diſiungeris: refer
re poſſis ita vt audiam mihi ſcribis. Cæterũ ſcias ve-
lim me Vlyſſeo more cæra occluſas aures habere: ap-
tos aũt oculos. Vnde legendis litteris q̃ audiendi au
res habere adeo præſertim remote aptior eſſe vide-
or. Quæ quum ita ſint aperi tandẽ aurei tui oris clau-
ſtra: & abſolue me tam longi ſilentii noxia.

¶ Epiſtolę argumentũ

Breue tempus. Reddit certiorẽ Philomorphũ cur breuẽ ſcripſit epiſto
lam et quedã prẹclara de amico cõmuni q̃ illi contigerũt. Vnde optat
ipſum Philomorphũ ad ſe venire ob cõmune gaudiũ.

¶ Libanius Philomorpho ſalutẽ

Gratulato[ria]

B Reue tempus mihi ad ſcribendũ conceſſum:
breuiorẽ hanc epiſtolã facit: quanq̃ breuiſſi-
mis verbis rem. tibi iucundiſſimã me renũcia
turum ſpero. Rediit nudiuſtertius Anaximenes tu9:
immo noſter: & ei redeũti nõ ſolũ propinqui et ciues
vniuerſi ob res fœliciter glorioſęꝗ geſtas gratulati fu
ere: ſed ipſe quoꝗ Iulianus maxima gaudia præ ſe fe-
rens eum cõplexus eſt. Gaude igitur: atque vt abun-
dantius gaudeas ad nos gaudentes accede. Societa-
te enĩ et mœror et lætitia augeri ſolet.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quę in Cilitia. Voluit a Phileno ſcire quę agerentur in terra Cilitia
et quę Euſebius in patris ciuitate fecerat iam plene ſe ſcripſiſſe amicis
dicit. Et tandem hortatur Philenum vt de omnibus ipſum Libanium
certiorem reddat.

¶ Libanius Phileno ſalutẽ

[G]ratiua
[p]etitoria

Q Væ in Cilicia gerantur vehementer ſcire cu-
pio. Nam iamdiu nihil ad me allatũ eſt ſed in

patrís an Euſebius noſter votí honeſtiſſimí compos
euaſerít De quo tíbí et amícis omnıbus dílıgẽtıſſıme
ſcrípſí:nã quıas nulla ab eo accípío líttēras: maxime
tímeo ne quod nolím euenerít alíquíd. Tu ítaqꝫ quẽ
a ſcríbendo neglígentía nulla trahít:fac me de omní/
bus certíorem.

¶Epíſtolę argumentũ

V lyſſẽ virũ.Cõmendat Libanı⁹ Olino Vlyſſẽ amicũ chariſſimũ cõ
mẽdatiõe nõ vulgari:vt i Vlyſſe oñdat quãti Olin⁹ Libaniũ ęſtimat.

¶Libaníus Olíno ſalutẽ

VLyſſem vırum et íngenío et humanítate præ/ Cõmend titia.
ſtantẽ charíſſímũ eſſe míhí nõ ígnoras. Tíbí
ítaqꝫ quí me præter modũ amas:meos quoqꝫ
amare decet:eũ tíbí cõmendatam magís velím q̃ cæ/
teros amícos q̃ meípſum:í eoqꝫ demerendo et quan=
tífacías preces meas et q̃ eſſe íllũ míhí charum exíſtí=
mes oſtende.

¶Epíſtolę argumentũ

Quas litteras. Qne Libani⁹ ab Olino pro Vlyſſe fieri optabat:Olin⁹
fecit & cum hoc ipſe dedit litteras ad Libaniũ cũ Vlyſſe:agens Liba
nio gratias ꝙ ſit opera Olini. Et quũ has cępiſſet legere litteras Liba/
nius quas Olinus miſit cu Vlyſſe: Vlyſſes mox Libanio ingentes de
litteris cõmendaticiis egit gratias: preterea tu mi Oline offers mihi te
et omnes fortunas tuas paratiſſimas:cui tamen prestanti amicitię vix
vnq̃ vitẽ rependere ſufficiam.

¶Libanius Olíno ſalutẽ

QVas lítteras Vlyſſí ad me dedíſtí:& accæpí ab Grat actio.
Bona eo:et lętíſſíme legí. Nam vıx límem íngreſſus
gratías ínquít pro cõmendatítııs lítterís tíbí
habeo. Nam omnía quæ optabam tua oꝑa ſum con
ſecutus. Sed ex ípſís lítterís dídící quanta ſít tu erga
me beníuolentía.nam gratías íngentíſſímas agís ꝙ
opera tua vſus ſím:teqꝫ tum fortunas omnes et míhí

& meis obtuliſti· Ego itaq; ſub tanto pōdere deficio neq; excogitare poſſum quas tibi gratias agam. Nā quod tibi offeram habeo nihil. Quapropter quæ meritis tuis debentur potius tu exigere poſſis q̄ ego offerre. Vale igitur et me minus ama: nā ſuſtinere tantam beniuolentiā non poſſum.

¶ Epiſtolę argumentū

Sepe ac. Obſequiū ſuū pro viribus ipſi Luciano offert vehementerq; deſideaat Libani⁹ vllam dari ſibi occaſionē etiā minimā in qua ſuum erga Lucianum animū re ipſa declararet.

¶ Libanius Luciano ſalutē

Captat beniuolentiā

Saepe ac diu optaui accidere tempus: in quo poſſem meū erga te amorem tibi aut tuis ſignificare. Verum quia hoc aſſequi nō licuit: conſtitui id litteris te orare vt aliquando mea opera vtaris. Etenim magni refert viro præſtantiſſimo an ignobili inſeruiam· Et ne mihi diffidas: tibi perſuaſum velim: nihil eſſe tam patuū quod ꝓ te ſubire turpe mihi putem: neque tam magnum cuius difficultate abſterrear·

Optima

¶ Epiſtolę argumentū

Quū Sebaſtianus. Commendat ipſi Clearcho Sebaſtianū qui ſine litteris ad Clearchum proficiſci noluit.

¶ Libanius Clearcho ſalutem

Cōmendacia.

Qvum Sebaſtianus te mihi amiciſſimū ſciret: iſtuc ſine meis litteris ire noluit. Ego īgenii tui nō ignarus hoc tantūmodo ſcribendū putaui: illum mihi meipſo nō eſſe minus charum.

¶ Epiſtolę argumentū

Raro ad te. Eledich⁹ nullas vel paucas a Libanio accepiſſe litteras q̄rebatur: cui ſe excuſat nunc Libanius volens ſepe ſcribere quum tamē ſemel ipſe Eledichus ſcripſerit.

¶ Libanius Fledicho ſalutē

Bona R Aro ad te: me ſcribere quereris: ego tuas litteras me nunq̃ accæpiſſe queror. Si vis ergo me frequenter ſcribere tu vel ſemel ſcribe. Excuſatia raratū epiſtolarū.

¶ Epiſtolę argumentū

Tandē legi. Poſt longā expectationē fere vſq; ad ſeniū tandē Proculꝰ vnas miſit Libanio litteras: quibus nunc ſaris amice ſubaccuſans illū negligentię in calce Geaniū hominē ſingularis eloquentię & Atticę doctrinę illi cōmendat breuibus ſed diſerte & afabre.

¶ Libanius Proculo ſalutē

T Andem legi litteras tuas in quibus expectandis ſenex factus ſum. Nam ꝙ excuſas occupationem nō fit mihi veriſimile. Si enim ad amicos alios ſcribens mei vel ſemel meminiſſes: perſuaſurus mihi facile fueras ſolo negociorū cumulo factum eſſe ne ad me ſcriberes. Sed te fortaſſe ad me venturum proxime putabas: hoc mihi gratius litterarū multitudine fuiſſet. Sed quū neutrū feceris: ſimul grauiter ſimul iuſtiſſime queror. Atqui vel ſero ſcribe et te crimine et me expectatiōe liberalis. Quod reliquum vero eſt Geaniū et patria et eloquentia vere atticiſſimū maxime tibi cōmēdo: in quo ſiquid beneficii collocaueris: vt omittam eius gratitudinē: me tibi perpetuo deiunxeris. Accuſatia nō ſcriptarū litterarū

¶ Epiſtolę argumentū

Quid heri. Hac diſerta epiſtola Oreſtilio Libanius nunciat veloci tabellario q̃ ſibi & ſuo Euſebio lętiſſima ꝑ Iulianū imperatorē cōtigerūt

¶ Libanius Oreſtilio ſalutē

Optima Q Vid heri mihi acciderit credo te ignorare: nullius enim ad te ꝓfectus eſt his litteris ocius: eo tibi gratiores fuerūt ꝙ rem optatiſſimā tibi ſignificarunt: Heri quū principi noſtro Euſebium mei amantiſſimū cōmendarē. Libanii inq̄t deſine hoīem Leticiæ et fœlicis ſucceſſus nunciatiua.

hunc mihi cõmendare:nã et me lædis:& huic auctori tatem adimis. Nã perinde acſi tuos minime curarẽ: quum tam multis verbis mihi cõmendas:quoniã oẽs tuos meos exiſtimare et poſſim et velim. Euſebiũ vero hoc lędis:ꝙ quũ ipſe etiãſi a nullo cõmendat̃: ſuis virtutibus quæ cupit aſſequi facilime poſſit· Sub hac aũt re hmõi animũ ſe in nos eſſe oſtendit: nã Euſebio quæcunq; petebamus præſtitit:et me crateribus duobus auri puriſſimi donauit. Quod munus etſi meritis meis maius fuit:tamen liberaliſſimũ principis animũ decuit. Hæc tibi ideo ſignificaui vt gaudii mei participes fieres:ſoles enim omnẽ euentum cõmunẽ mihi tecũ ducere.

¶ Epiſtolę argumentũ

Pro mea. Bithias a bonis deſciuit artibus & domi marceſſebat:etiam militarem exoſam habuit diſciplinã et reliqua honeſta exercitia quod Libanius doluit:illum pro ſingulari quã habuit cũ ſuis maiorib⁹ amicitia adhortabat̃ vt honeſtis incumbat actionibus & ſtudiis: reliquis poſtergatis q̃ nihil ſecũ honeſtatis afferant:nec ſemper deliteſcendum in paternis larib⁹:in maternis enim plumis raro naſcit̃ virtus:verum externas adire more Vlyſſis: regiões multorum noſcere mores vnde prudentia rerum naſcitur.

¶ Libanius Bithiæ ſalutẽ

Accuſat cũ ad hortatione.

PRo mea erga maiores tuos teq; ipm beniuolẽtia facere nõ poſſum quũ ad te ſcribã: quę vulgo de te circũferũt̃: meãq; ſup his ſniam dicã· Fama hęc p ora hoĩm volat:te poſtq̃ a nobis diſceſſiſti:noluiſſe aliquã cũ libris habere cõſuetudinẽ militarem diſciplinam odio quodam habuiſſe omnibus deniq; bonis artibus atque exercitatiõibus poſthabitis domi ocio negligentia ſomnoq; marceſcere. Sed heus bone vir tantus ne amor te patriæ tenet: vt ab ea diſiungi non poſſis. Fateor ſane vel ſapientiſſimos vi= Optima

ros patrię deſiderio correptos fuiſſe:veruntàmen vir
tutes honores:& nois immortalitatē patriæ antepo=
nēdos eſſe nemo vir ſapiēs vnꝗ negauit. Nā et Vlyſ/
ſes quē homerico præconio prudentiſſimū fuiſſe nō
ignoramus:multarū vrbiū peragratione multiplicíq;
rerum experientia hoc conſecutus creditur. Sed ne ꝑ
aliorū exempla diſcurramus· pater atq; auus tuus dū
terra mariq; vagati fuerunt:& diuitias ingentes et im
mortale nomē adepti ſunt. Sed ne longior fiat epiſto
la:hęc mea ſententia eſt vt omnino domo egrediare:
nec vmbra ſomnoq; duntaxat contentus ſis:eoq; ma
gis id tibi facundū puto:ꝙ multa tibi in patria manē
ti:vt audio:pericula imminent.

¶Epiſtolę argumentū

Leoncius vir. Cōmendat Maximo Leonciū virū amiciſſimū omnib⁹
bonis:inimicū vero omnibus malis quē ſuo patrocinio Maximus ad
iuuare velit:pollicetur enim illum facti non pęnitere quum ſit omniū
gratiſſimus Leoncius.

¶Libanius Maximo ſalutē

Bona LEontius vir et bonis chariſſimus et inuiſus ma Cōmendaticia.
lis ad te proficiſcitur:is patrocinio tuo hone/
ſtiſſimis in rebus eget. Tantū vͦo ei omnia be
ne euenire cupio vt nihil optare vel honeſtius poſſim
vel vehementius:Quæ quū ita ſint:eū tibi magnoꝑe
cōmendo. Atque vt intelligas:te aput gratū virū col/
locaturū bñficiū:tibi ꝑſuadeas eius eū generis eſſe vt
vel ꝑ minimo beneficio amico vitā dare nō dubitet.

¶Epiſtolę argumentū

Fretus vetere. Cōmemorat eidē Maximo quomodo cōfiſus antiqua
illa amicitię fiducia quā in Maximū habebat ipſum Leonciū ſibi ac/
curate & diligenter cōmendabat:ſed ipſe Maximus plus humanita/

tis præſtitit Leoncio q̄ vel Leonciū ſperabat vel Libanius petebat: q̄ in re Libanius ſe plurimū oblectatū dicit.

¶ Libanius Eidem ſalutē

Cōmenda ticia.

FRet⁹ vetere atque ſincera noſtra beniuolētia Leontiū mihi amiciſſimum tibi accuratiſſime cōmendaui. Tu vero expectationem ſpemq̧ meā non æquaſti modo ſed etiā ſupaſti. quippe qui et petenti affuiſti et quæ nō petebantur et humaniter promiſiſti et cumulatiſſime præſtitiſti. Alio hæc mihi referente credere facile potuiſſem: ꝙ ingeniū tuum noui. Leontium tamen fidei plus habendum cenſui. Delectatus equidem ſum tua iſta ſententia: non tamen ad amorē erga te meum aliquid acceſſit: quādoquidem augeri nulla ratione is poſſet. Tibi itaq̧ et Leoncii et meo noīe ingentes habeo gratias.

Pulcherrima

¶ Epiſtolæ argumentū

Quū ad te. Bithias adoleſcens a Libanio caſtigatus & obiurgatus ꝙ ocio marceſſeret luxurioſis delinitus voluptatib⁹ reſcripſit duriter Libanio illū non amicū ſed quaſi parricidā inclamauit quaſi quadā furia vt delirus iuuenis correptus reſpondit: quē itterū adhortatur vt maturus ſenex: & prudens vt ſuis acquieſcat conſiliis reſipiſcens in viā virtutis & quedā alia grauia dat conſilia vt patet legenti. Et eſt epiſtola ī genere graui multis referta ſententiis..

¶ Libanius Bithiæ ſalutē

Admonitoria & hortatoria.

QVum ad te proxime ſcripſiſſem non placere mihi qui ocio et laſciuis voluptatib⁹ deditus et litterarum ſtudia et reliqua in quibus verſari honeſtiſſime poſſis: poſthaberes: cōtēnereſq̧: ſubito furore accenſus ea ad me ſcripſiſti quæ dura atque aſpera parricidæ videri poſſint. Cęterum pro mea in omnes tuos beniuolentia: ea me ne minime quidem cōmouere. Neque enim vetuſta et iam firmis radicibus arbor ad terram flecti: vento etiam maxime furē=

Plenā ſententiarū et optima.

ti facile poteſt· Teque potius pietate q̃ indignatiõe proſequor: quippe iuuenilis ætatis impetum reprimere neſcias. Sed ſeni auſculta fili charíſſime: & ſaltẽ canum hoc caput tantiſperdũ hęc tibi cõſilia do: ne cõtemnas· Nihil ſit tibi ſubitũ: ſicuti enĩ quod nõdum feceris et facere et non facere potes: ita quod factum eſt imperfectũ reddi nõ põt. Ad maledicẽdum vero: amicis præſertim: nunq̃ ſinas delabi linguam. Quid enim in cõuicio ſpectari pręter ſtultum furorẽ poſſit? Neq; vero exiſtimes poſſe me tuis maledictis deterreri: quominus et cõmodo et honori ſemꝑ cõſulã. Immo hoc ero in cõſulendo admonendoq; diligentior: quo te conſilii indigentiorem videro. Si te amas (nã de amore erga me tuo meminiſſe nihil velim: quẽ nullum eſſe proximis litteris teſtatus es) noli cum cæteris eo inſtituto vti quo mecũ vſus es· Ex conuiciis enĩ immortale odium: pericula cædes perſæpe oriunť.

¶ Epiſtolę argumentũ

Herculanũ. Almeci⁹ Libanio quendã Herculanũ cõmendarat quem nuſq̃ Libani⁹ viderat: cui paratus fuerat ipſe cõſilio & auxilio adeſſe.

¶ Libanius Almecio ſalutẽ

Bona — Herculanũ quẽ proximis litteris mihi cõmendaſti nuſq̃ vidi: demiratuſq; ſum: ꝙ qui opera mea tantopeꝛe idigeret ne me quidẽ adierit. Verũ ſatis tibi eſſe ꝙ quãtũ in me fuit: geſtus eſt mos tuæ volũtati. Verũ vt maior ſit mihi voluptas ſiquẽ mihi deinceps cõmendaueris: cura vt benigno auxilio meo quanti cõmendatiõem tuam faciã intelligat. — Narratiua cõmendationis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Rideo optima. Quũ Perianus domum Libanii introiiſſet cithera ſe oblectantẽ Libaniũ inuenerat quo viſo in riſum ſolutus Perianus hoc

exercitandi genus in cano capite obſannabat: cui nunc cũ perpulchra hiſtorie excuſat: ſeniumq́ affirmat etiã ſua habere honeſta oblectamẽta. Et trabs crebro veſtucã inculpat. Et eſt hęc epiſtola omnino faceta et lepida.

Libanius Periano ſalutẽ

Excuſatoria exercitationis in cithera.

Pulcherrima

Rideo ꝙ quum heri mecũ eſſes riſu exercitationem meã proſecutus fuiſti. Citharã enĩ manu tenebam quũ domũ ingreſſus es: & hęc ſubinde dixiſti q̃ decet canũ caput cithera. Sed heus amice: ſi Socratẽ fidibus canentẽ in ſpexiſſes: eum ne rep̄henſurus fueras? Sed ne longiorib⁹ tecũ agam: honeſtas voluptates ſcito ſedibus cõuenire. Nã ſeniũ morbus curæq́ ſequi ſolent: quibus vt occurrã lætoq́ aĩo ſenectutis incõmoda ferã citharæ ſono me interdum oblecto. Sed vide ne in te videndo cæcus: in me damnando nimis acute videas. Sed de hoc alias: corã plura colloquemur.

Epiſtolæ argumentũ

Queris quid. Herculanus Libanii amantiſſimus ad Libaniũ ſcripſit certiorẽ illum reddens de quibuſdã ſuis inimicis qui illi plurimũ detrahebant: quid illi reſpondendũ foret quẽ hic prudẽter & acute quid hac in re faciendũ ſit docet: Pacientia cõtra tales iniquos habenda eſt multa enim caſtigat tempus et virtus.

Libanius Herculano ſalutẽ

Reſponſiua quid de trahentib⁹ reſpondere velit.

Optima

Quæris quid inimicis meis quos iſtic plurimos eſſe ſcribis reſponſũ velim: quum mihi detrahũt. Ego etſi magnifacio iſtam tuam quæſtionem: teſtis eteni eſt amoris erga me tui et maximi et notiſſimi: veruntamen nihil velim ego inimicorum maledictis reſponderi. Neque enim fieri poteſt vt eorum malignitas flectatur: neque rationibus: neque verbis. Sed ꝟtute cum eis mihi certandum ſemp̄ vſq́ duxi. Quod quum ſit: futurum ſcias vt eos in me dictorũ

pudeat & pœniteat. Nec fortaſſe deerunt: qui vel inuito me in eos animaduertat. Tu iterea ride bonoq; ſis animo.

¶ Epiſtolę argumentū

Quotiens ad me. Vlyſſes quociēſcunq; ad Libaniū ſcripſerat ſemp ſe venturū promiſerat nunq̄ tamē venit: quare rogat vt tandē veniat ſi vllam fidem ſuis litteris ineſſe volet.

¶ Libanius Vlyſſi ſalutē

QVotiēs ad me ſcribis te huc propediem vētu= rū mihi promittis: nunq̄ tamen venis. Sed ſi me amas: noli litteris mihi prętere a moleſtus eſſe. Neque etenim illis fidem habere poſſum. Tuq; ad nos veni: ne tibi quoq; omnino diffidamus.

Hortat᷑ vt venit.

¶ Epiſtolę argumentū

Quanq̄. Rogat vt Lucianū et Euſebiū reddat certiores ſuo de aduē/ tu ad ipſos quia id e Libanio vehementer optauerunt.

¶ Libanius Chryſippo ſalutē

Optima

QVanq̄ propediem te videbo: tamē Pertio ad te proficiſcenti has litteras dare conſtitui: quibus te maxime oro vt Euſebio atq; Luciano aduentū meū ſignifices; nam frequentibus litteris id efflagitarunt. Sed ſi interea dum hic ſum opa mea in re aliq̄ indiges: cura ne ſim tuę volūtatis neſcius. Tā tum enī debeo tibi: quantū nemini mortaliū.

Certiorem reddit qd fit factū⁹.

¶ Epiſtolę argumentū

Filium tuū. Alceus filiū ſuū erudiendum Libanio tradidit adoleſcentem quidē p̄clari ingenii: quē Liban⁹ laudat & docēdi officiū pollicet᷑

¶ Libanius Alcæo ſalutē

Pulchra

FIlium tuū optatiſſimū quidem ad me profe/ ctū libētiſſime vidi: ea enī īgenii p̄ſtantia eſt: vt mea pręcæptiōe: diligentia: atq; fide facile poſſit doctiſſimus euadere. Præcipienti enim gratiſſimum

Pollicetur ſe docendi officiū præſtare.

eſſe ſolet ſi ei præſtantia ingenia erudienda tradant. Nam et minus laboris proponitur: & plus laudis et gloriæ ſperatur. Quapropter ea diligentia et fide me in filio tuo erudiendo vſurum ſcias: quæ conferri ab omnibus maxima poſſit.

¶ Fpiſtolę argumentũ

Demiratus ſum. Demetri⁹ quendã iniquũ hominẽ & nequã ã Libanio cõmendarat: quo etſi diſplicebat Libanio tamẽ nequã homini cõmendato profuerat vt Demetri⁹ petiuerat: docet deniq; honeſta ab amicis petenda eſſe.

¶ Libanius Demetrio ſalutẽ

Honeſta petẽda eſſe ab amicis docet.

d Emiratus ſum ꝙ optimus peſſimũ proxima epiſtola cõmendaueris. Tamen cõmendantẽ pluris faciens cõmẽdato de homine peſſimo non ſine infamia bene meritus ſum. Hæc aũt ſcribo: non vt beneficia oſtentem: ſed vt in rebus honeſtiori bus audenter me vtaris: quid enim hoc honeſtius nõ ſit. Et quanq̃ neq; tuũ eſt quæ mala ſunt mihi imperare: neq; meũ facere: tamen quęcunq; imꝑaueris me facturũ ſcias.

¶ Epiſtolę argumentũ

Valitudinẽ meã. Clearchus Libanii valitudinẽ ſcire voluit cui nunc reſpondit breuiter: ſe vt ſenẽ valere multitudine laborũ obrutum.

¶ Libanius Cleoarcho ſalutẽ

Expoſitiua valitudis.

v Alitudinem meã per litteras itelligere cupis. Valeo quantũ ſenex: diſcipulorũ turba circun ſeptus: negociis maximis obrutus: præſentia tua carens: valere poteſt.

¶ Epiſtolæ argumentũ

Etſi arbitratus. Libanius rogauit Chironeũ vt ſibi libros Homeri Odiſſeã & Iliada emeret: quod Chironeus facere diſtulerat: cui i hac re non ſcribit: petit vt hos libros emeret: & dicit op⁹ illi eſſe multis libris qui aliquid ſit interpretaturus.

¶ Libanius Chironeo ſalutē

Etſi arbitratus ꝑ noſtra amicicia te facturum quę honeſtiſſime peterē: & oraui quū hinc diſcęderes tum Odyſſeā: tum Iliadem Homeri admirandę vetuſtatis: noīe meo emeres: tñ nōdū voluntati meæ morem geſſiſti. Metu ne nō recuperandæ pecuniæ quā expēdiſſes: an quod mihi nimis librorꝝ eſſe arbitraris: nō ſatis ſcio. Certe niſi mea vnius gratia cō ſuetudinē mutaueris: nō ſoles tanti pecuniā facere vt amicos negligas. Porro etſi nō mediocrem librorum ſuppellectibilem compare mihi elaboraui: non tamē cuiqȝ ſatis librorū eſſe putes: ei pręſertim qui ſit aliorꝝ ſcripta iterp̄taturus. Sed fuit alia ratio cur nō emeris quia donare inſtituiſti: nō recuſo munus dum apud me optatiſſimi codices hoſpitentur. Sed nugis omiſſis: te obſecro vt emas et q̄ ociiſſime ad me p̄ferri cures. Petitoria. Nota bñ

¶ Epiſtolę argumentū

Homeri & Iliadē. Agit Libanius gratias Chironeo qui in munus illi opera Homeri Iliada & odiſſeā obtulit quod gratiſſimo ſuſcępit anio.

¶ Eidem

Homeri et Iliadem et Odyſſeam longo tempore expectatā: & prece ingentiſſima totiēs petitam Vrbanus ad me attulit Debeo tibi ſane q̄ plrimū: qꝫ ſtuduiſti me euadere tanti voti cōpotē. Nam qꝫ me tāto munere donare velis ſic habeto: me id maximi muneris loco ducere tametſi expenſū reddo. Quis eni munus vel q̄ maximum nō exiſtimet id ꝑua aſſequi pecunia quod omni theſauro ſitp̄ cioſius. Quanq̄ vero minor meritis tuis gr̄a ſit: tñ teſtificādi amoris erga te mei ſtudio. Homeri Iliadem ſi nō adeo vetuſtā emendatiſſimā tñ tibi dono mitto. Grás agit.

¶Epiſtolæ argumentū

Hactenus me. Libanius Iliadē emendatiſſime ſcriptā etſi ñ vetuſtā in donū Chironeo miſit: quā remiſit Libanio nolēs illam ſuſcipere: quod multū Libanius doluit hortatur illum vt illud amice ſuſcipiat ſi amicum perdere nolit.

¶Libanius Chironeo ſalutē

Hortatoria

h Actenus me tibi chariſſimum eſſe credidi: ꝙ quæ mihi cordi eſſent et dixeris ſemꝑ et feceris. Nūc me ſententiā mutare cōpellis: quippe qui Iliadem ad te dono miſſam remiſiſti. Nam quā affers rationē minima eſt: ideo remitto mun⁹ meū ꝙ prior ipſe tuū recuſauerā. Nam vt omittā: multū intereſſe inter ampliſſimū munus tuū meūq; munuſculum: & turpe futurū fuerat mihi accipienti: & tibi neganti indecorū: an parum referre putas: vtrū petenti ſ dones an nō petenti Sed ne nimiū creſcat oratio: ex du ob⁹ alterū fore ſcias: vt aut te accipiente munuſculū amice vtar: aut recuſanti confidere deſinam· Quæ enim alteri donauerim mea eſſe non poſſunt.

¶Epiſtolę argumentū

Quod nunq̄. Clearcho filio Cleandri ad Cleandrū patrē proficiſcenti nullas perferendas ad patrem litteras dedit cuius facti excuſationē affert Libanius.

¶Libanius Cleandro ſalutē

Excuſatoria

q Vod nunq̄ fore exiſtimaui ꝓxime mihi euenit nā ꝓficiſcenti ad te Clearcho filio nullas lr̄as dedi: quāq̄. neq; poſſū neq; volo inficias ire illā clam me diſceſſiſſe. Sed negociorū ml'titudie quę ꝑ id tp̄s mihi fuere: mihi nō licuit et tibi et officio meo ſatiſfacere. Veꝝ ne ſi lōgiore ep̄la me excuſē: paꝝ et innocētiæ meæ et tuæ hūanitati confidere videar: progredi longius ep̄lam nolo. Sed ſi hoc adiecero Clearchum

noſtrum et diligentia ſua et mea fide multū breui tē/
pore profeciſſe.

¶ Epiſtolę argumentū

Iam diu a nobis. Aſtion Libanii amicus diſceſſerat ſpe breuis redit⁹ quū tamē longius q̄ ſperatū erat abeſſet: Libani⁹ hanc illi miſerat epi/ ſtolam: adhortans vt quum primum rediret niſi ſui atque reliquorum amicorum immemor factus eſſet.

¶ Libanius Aſtioni ſalutē — Hortatoria

IAmdiu a nobis abfuiſti quanq̄ celerē promiſe ris reditū. longior mora facit: vt te amicorū inprimis mei immemorē credā. Quod niſi ſit certe differie tam diu reditum nō poſſis: Neq; enim ignoras ſine te ne minimo quidem tp̄is momento vi= uere poſſe. Tibi enim et conſilia omnia et vtriuſq; for tunę euentus impertiebam. Sed dū abſens aſſequa= ris quæ tibi et vſui et ornamento ſint: nō adeo diffici le præſentia tua caruero.

¶ Epiſtolę argumentū

Vtrum præſtiterit. Vehementer deſiderat reditū Aſtionis ſine quo vitam ſibi acerbam putat. Et quanto illius deſiderio tenet̃ pręſenti declarat epiſtola. Pulcher amicorū abſentiū affect⁹ hic demonſtratur.

¶ Eidem — Declaratia deſideriiab ſētis amici

Optima — VTrum præſtiterit neſciſſe me te rediturū an cō firmatā expectationis anxiā curam tuis litte/ ris fuiſſe nō poſſum aperte iudicare. Dulce ſa ne atque ſuauiſſimū mihi fuit de reditu tuo ex teipſo non nihil audire. quanq̄ dum ad promiſſum temp⁹ nō redis ingeri animo ſuſpitio maior curaq; videtur: q̄ ea gratia te proxime rediturū ſcripſeris vt longam expectationis morā lenires et noſtri memoriā præ te ferres. Atqui nō es neſcius acerbius videri ex promiſ ſo decidere: q̄ ſiquid ſimpliciter ſperaueris nō eueni/

at. Sed finge me tibi adeſſe mœſtū: afflictū: et nullius conſuetudine vel minimā voluptatē te abeunte capientem. Finge te audire quoties verba de te faciam: quoties reditū mihi tuū promiſerim: quoties perinde acſi ad oſtiū eſſes ſomnos dulces interruperim. Hæc ſi feceris: nō dubito proxime te reditur ū. Neqꝫ enim adamantinū tibi pectus eſt: nec hircana tygris te peperit. Redi ergo vnicū ſolatiū atque dulce meæ ſenectutis bonum.

¶ Epiſtolę argumentū

Quotienſcunqꝫ ſcripturus. Eſt breuis ſed pulchra epiſtola cōmendaticia: in qua perhumaniter cōmendat Libanius Parthenio amico quēdam nomine Philippum.

¶ Libanius Parthenio ſalutē

Cōmendaticia. Quotienſcunqꝫ ſcripturus ad te ſum: ſcribendi adeo multiplex argumentū occurrit: vt verba deeſſe mihi nō poſſint. Quod quum ſponte fateor nō continuo epiſtolę huius breuitatem admirari debes. Quum enim Philippum et tui amantiſſimum tibi cōmēdaturus ſum: breui epiſtola mihi vtēdum cenſui. Ne aut amicicię erga illū tuę: aut eius virtutibus parum confidere me oſtenderem: breui itaqꝫ te oro: vt Philippo omnibus in rebus ita adſis vt intelligat non fruſtra ſe amori noſtro crediſſe. Bona

¶ Epiſtolę argumentū

Achilles tuus. Achilles amicus Aſtionis integerrim⁹ venerat ad Libaniū legēs illi litteras plenas aduerſę fortunę ipſius Aſtionis: quas quū intellexiſſet Libani⁹ mox medelā fluctuantib⁹ rebus Aſtionis inuenit: dignū afferens amico auxiliū. Et eſt pulchra hęc epiſtola.

¶ Eidem

Admonitoria vt auño vtetur. Achilles tuus ſuperioribus diebus me adiit: anxiuſqꝫ magis q̄ vnq̄ fuerit nō ſine maximis do Optima

loribus atq; lachrymis legit mihi tuas litteras. Con-
tinuoq; ſubita conſideratione quę tibi fore vtilia dep̄
hendi et diligēter et libenter feci. Et niſi fallor rei tuæ
conſultū bene fuerit. Te vero poſſum ego iuſte dam
nare ꝙ in tanta fluctuatione operam meā nō requiſi
ueris: quū dulcius eſſe mihi nihil noueris· q̃ vt tui de
merendi afferatur occaſio. Certe qui amico in tp̄e nō
vtitur: maxima præſertim atq; periculoſa in re: facile
oſtēdit ſe haud capere ꝑ amico ſubire labores· Quip
pe qui quid pro alio nō faceret; petere ab alio non au
det. Cęterū nunc tibi ignoſcam ſi in poſterum me (vt
par eſt) audentius vteris.

¶ Epiſtolę argumentū

Perinde ac. Reprehendit Aſtionē ꝙ non recta in reb⁹ fecit & facit: ne-
gligit nempe facienda: non facienda faciens.

¶ Eidem

PErinde acſi ex induſtria erres quæ facis nō de
cent quæ prætermittis facere deberes. Olim
quum opa mea petenda fuerat ſilentio vſus
es: nunc loquaciſſima epiſtola gratias mihi agis ob ea
quæ meritis tuis coactus feci· Verū quod ſcribis non
verecundia ſed diffidentia quadā te nō fuiſſe opera
mea vſum: eiuſmodi eſſe noueris vt quiuis facile dam
nari poſſit. Nihil enī alienū ab honeſtate aut laborio
ſum abs te imponi potuiſſet. Quippe quū ab aman
tiſſimo tui viro defendi potueris et mihi et proximis
litteris teſtatus ſum: nihil poſſe iucundius contingere
q̃ de te bene mereri· Reprehenſoria.

¶ Epiſtolę argumentū

Breuis epiſtola. Libanius olim Pheretrio Lucianū virū optimum cō-
mendauerat: qui cōmendato plura quā ille auſus fuit ſperare fecit: cui
nunc omnem ſuam offert beniuolentię viciſſitudinem.

¶Libanius Pherecrio ſalutē.

Breuis epiſtola cōtemni non debet: quæ pondus magnū ſententiarum fert. Scripſi olim ad te vt Luciano viro optio et mihi inprimis charo adeſſes. Is mihi rettulit: ſe multo plura atque maiora accæpiſſe ſpe ſua atq; meritis: Quum ergo ꝑ tanto beneficio tibi maxime debeam: nullas agam tibi gratias: non quia nullas merearis: ſed quia quę digna ſunt tuis meritis neq; ſcribere neq; excogitare poſſum

Pulchrā

¶Epiſtolę argumentū

Non ſatis. Quū Libanius quę optabat Pherecrius feciſſet: Pherecri⁹ ingentes agebat gratias Libanio ꝙ ipſe Libanius ita cōfidenter vſus fuiſſet beneficio Pherecricii cui nunc humaniter Libanius reſpondit offerens ſe & ſua ipſi Pherecrio paratiſſima.

¶Eidem

Humanitatis plena et gratitudis.

Non ſatis tibi viſum eſt feciſſe quæ efflagitabātur niſi proxima epiſtola et gratias mihi ægiſſes ꝙ fuiſſem tam audēter beneficio tuo vſus: et ſimul fortunas et ipſa vitā mihi atque meis obtuliſſes. O humanitatē ſingulaeem. O memorandū amicicię exemplū. Quid ego hic excogitē? quid reſpōdeam? Tu certe mihi tam humanus et amicicia pleniſſimus adimis omnes ingenii vires. Verūtamen dicere compellor: me nihil habere præterea quod tibi offeram. Quum enim omnia tibi lege ſanctiſſima obtulerim: reliquum eſt vt tuis rebus pro tuo arbitratu vtaris.

¶Epiſtolę argumentū

Queſtus es. Permiſtius Libanio cōqueſtus fuerat ꝙ pater ipſe ad bonarū artiū ſtudia precipue ad eloquentiā cogeret ipſum Permiſtiū: ad quę nec ingeniū nec naturalē inclinationē haberet: cui nunc ꝓpulchre et prudenter Libanius reſpondit illum adhortando vt paternis iuſſis obtemperet non coactus: & honeſtas diſcat artes: non ſit voluptatum ſectator quę bonis aduerſantur ſtudiis.

¶ Libanius Permiſtio ſalutē

Optima q Veſtus es mecū ſuperioribus litteris et de pa-tre qui te eloquentiæ ſtudiis incumbere cogit: & de natura quę tibi nouerca fuiſſe videtur. Verū ſic habeto te de vtroq; iniuſte queri. Nam a patre cogi nō potes: ſi gratus filius eſſe velis. Debes enī quæcūq; pater honeſtiſſime impat adeo præſto eſſe vt diligenter libenterq; facere videaris. Neq; enim cogi poteſt: qui alterius imperio parendū ſibi conſtituit. Quod ſi in aliis fieri videmus: quāto facilius debes eo inſtituto cū parente viuere. Certe quum ille te genuerit: haud ab eo diuerſus eſſe potes: adeo vt quū illi obtemperes volūtati tuæ morem gerere videaris. Ingenii vero ruditatē et rerū præceptorū q̄ minimā eſſe tibi memoriā: nō mihi perſuadeo. Quippe ex te olim puero cōiecturā feci quod perq̄ raro euenire ſolet: vt ſimul quæ traderentur facile perciperes: ſimul pcepta nulla deleret obliuio. Sed aderat tibi alia excuſatio: ſi nō honeſtior verior tamē: malle te laſciuis voluptatibus q̄ virtuti incūbere. Ad quod cōſiliū te traxere tuorū ſodalium peſſima vitia: atq; a litteris alieniſſimæ mentes. Sed vide ne pro parua voluptate id poſthabeas vñ fœlicitas maxima et nominis immortalitas ſperari certiſſime poteſt. Qz ſi cōſilio meo parueris; non dubito quin a me tibi optime conſultū et ſentias et dicas. Adhortatoria.

¶ Epiſtolę argumentū

Vide q̄. Scribit iterū Permiſtio accuſans ſe inconſtantię. Dicit: vide mi Permiſti ꝙ iam me delectat ꝙ poſthabuiſti ſtudia quanq̄ in precedenti epła alterius fuerā animi: nūc doleo id accidiſſe vt tu hac ire op a indigeres mea. Etſi lętor te feciſſe ſtudioſiſſimū carū litterarū quarum

prius factus fueras alienus.

¶Eidem

Hortatoria V Ide q̄ parum mihi conſtem: iam me delectat te eloquentiæ ſtudia deſeruiſſe: tametſi proxima epiſtola id mihi præter nō dum diſplice reſcripſi. Et tum damnabā te: vt par erat ꝙ ea ſperneres quæ ſummo ſtudio amplecti debebas. Quum audiuerim te omnino animū adieciſſe præcipue litteris meis incitatū nollem nō accidiſſe vt mea opera nō indigeres. Maior enī mihi voluptas eſt alienū a muſis earū ſtudioſiſſimū feciſſe. Sed fide fili: ne fama: quæ iam paſſim volitat: deterior fias. Id etenī mihi maximo dedecori eſſet. Nā ego te tota vrbe vulgaui te eſſe nihil ſtudioſius.

¶Epiſtolę argumentū

Profecturus ad te. Cōmendat Polybio Nicoſtratū vt illum veluti alterū Libaniū adiuuare velit omibus in rebus quibus illi opus erit opa Polybii.

¶Libanius Polybio ſalutē

Cōmendaticia. P Rofecturus ad te Nicoſtratus mihi facile perſuaſit vt ſe tibi cōmendarē: & quia bonus eſt: & quia ob maxima beneficia ei plurimum debeo. Tibi itaq; maximopere eū cōmendo: teq; oro vt quū opera tua vti volet vt Libaniū tuū nō Nicoſtratum eſſe illū putes. Tu viciſſim quū nō ſis neſcius mei erga te amoris maximū aliquod atque difficilimum mihi opera. Bona

¶Epiſtolę argumentū

Cur ad te. Enopius ſcribens ad Libaniū admiratur ꝙ ipſe Libanius nihil litterarū ad Enopiū daret: cui hic Libanius reſpondet pulchre ſe excuſando & Enopiū incuſando qui quū nihil litterarū mittat miratͬ ſe nullas accipere litteras.

¶ Libanius Enopio ſalutẽ

CVr ad te nihil ſcribam miraris: ego te hoc mi= rari maxime miror. Quum enĩ ſupiore anno ſæpiſſime ad te ſcripſerim: heri duntaxat plu ribus litteris meis vna et breuiſſima quidem epiſtola reſpondiſti. Si ergo frequentes a me litteras accipere cupis: cura vt tuas frequenter legam: quibus reſpon= deam. — *Excuſato/ria cũ repre henſione*

¶ Epiſtolę argumentũ

Breuẽ ꝙ. Enopius longã ad Libaniũ miſit epiſtolã qua ſe excuſauit a cõmiſſa in ſcribendis litteris negligentia: cui reſpondet Libanius ſe ac cipere hãc excuſationẽ, neqꝫ velit vltra preteriti temporis negligentia meminiſſe. Et ꝙ hanc tam breuẽ ſcripſit epiſtolã culpã in celerẽ nuncii abiitionem reiicit.

¶ Eidem

Bona — BReuem ꝙ a me epiſtolam nunc accipias for= taſſe miraberis: quum idſe longiſſimã ſcripſe/ ris. Verum vt mirari deſinas ea ratione hoc fi eri noueris: quia tabellarius longiorẽ morã ſe laturũ negauit. Breui itaqꝫ tibi pſuadeas velim accipere me excuſationẽ tuã: neqꝫ velim præteriti temporis negli= gentiã meminiſſe: dum fias in poſterum diligentior. — *Excuſato/ria.*

¶ Epiſtolę argumentũ

Eugeniã a qua. Cõmendat hic Libani⁹ Endronico homini & amico prudentiſſimo maternã nomine Eugeniã vxorẽ, olim viri amiciſſimi Libanii: et nunc viduã q̇ quendã habebat actionẽ cũ fratribus viri de/ functi: rogat igitur Andronicũ vt hanc honeſtiſſimã mulierẽ viduam defendere & conſilio & auxilio velit.

¶ Libanius Adronico ſalutẽ

Pulchra — EVgeniam a qua epiſtolã noſtram accæperis tanta beniuolentia mihi coniunctã eſſe ſcias vt coniunctior eſſe non poſſit. Nam cum viro eius diutiſſime vixi cũ ſumma ſemper beniuolentia: & ſimul in eiſdem ſtudiis verſari ſumus. Ea nunc ad — *Cõmenda ricia.*

te profiſcicitur freta amicicia: quã ſingularem mihi te cum intercedere audiuit. Controuerſiam habet cum viri fratribus: qui orbatos parente nepotes crudeliter oppugnant. Si ergo ei præſto fueris: et mihi rem gratiſſimam feceris: et magnam pietatis laudem conſecutus fueris. Quod vt facias: facere enĩ debes: vehementer oro.

¶Epiſtolę argumentũ

Etſi mihi. Iterũ ipi Andronico cõmẽdat Eugeniã fęminã optimis adornatã moribus non vulgari cõmendatione: aut enĩ nihil gratius poſſe ab Andronico ſibi venire q̃ ꝙ ipſa Eugenia auxilio ipſius Andronici voti ſuũ contra ſuos aduerſarios compos euadat.

¶Eidem

Cõmendaticia.

ETſi mihi perſuadeo pro tua pietate etiam ſine litteris meis te auxiliaturũ fuiſſe Eugeniæ fœminæ moribus optimis pręſtanti: tamen eam tibi proxime cõmendaui. Quæ in eius cauſa feceris nondum accæpi. Porro etſi nõ ambigo te veri amici officio fuuctũ: vt nõ ſineres fruſtra eã tibi cõmendaſſe: tamen Appiano iſtuc proficiſcenti non potui has ad te litteras nõ dare: quibus etiam atque etiã vt ſuperioribus litteris feci Eugeniam cõmendo. Illudq; tibi perſuadeas non poſſe me gratius atque expectatius aſſequi beneficium: q̃ vt illa honeſtiſſimi voti compos euadat. Optima

¶Epiſtolę argumentũ

Quotienſcunq;. Anaximachus pleroſq; Libanio cõmendans elaboratis id in epiſtolis principiis & verbis nimis ornatis id facere ſolebat quaſi nõ ſatis amicitię confidens: quod factũ nunc Libanius reprehẽdit: nõ enĩ ait ĩtegerrimorũ amicorꝝ fore officiũ: vbis nimis exactis & blandis alterũ adire petẽdi gratia aliquid: ſed ſatis eſſe notũ fieri quid alter ab altero poſcat. Et eſt pulchra epiſtola.

¶ Libanius Annaximacho ſalutē

Pulchra QVotienſcunqꝫ aliquē mihi cōmendas:longo Familiaritatis plena et amicitię
vteris elaboratoqꝫ exordio:ꝑinde acſi me nō
nouiſſes et modo ineunda eſſet beniuolentia
quæ tam altas radices ægit:vt commoueri nullo ven=
torum turbine poſſit. Rogaſqꝫ vt excuſatū habeam
adeo frequenter te mihi amicos cōmendantē. Atqui
in litteris tuis nulla excuſatione opus:vnū tantūmo=
do nota dignū ꝙ nimis humiliter ea petis quæ impa
re poſſis. Siquē deinceps cōmendatnr⁹ mihi es:vnū
hoc tuis litteris mihi īnoteſcat:quod me facere opor
teat. Nam imperata facilius fecero:q̄ tu iuſſeris.

¶ Anaximenē. Meledomus Libanio Aneximenem litteris diſertis &
appoſite ſcriptis cōmendauit:quē Libani⁹ ita adiuuare vt debuit non
potuiſſe propter febres quibus tunc torquebatur plurimum doluit:ita
ſe maiorem in modum excuſat & veriſſime.

¶ Libanius Meledomo ſalutē

Pulchra ANaximenē quē litteris diſertiſſimis cōmen= Excuſatoria
daſti:magna cū letjcia vidi:quia tuus erat ami
cus. Vidiſſe tamen poſtea pœnituit: quan=
doquidem præſto eſſe ei vt optabas nō potui: febre
mihi negociū exhibente quam ſum diu paſſus. Et ni
mirū vel repugnantibus medicis obuio exiturus fue
ram:niſi Anaximenes ipſe per tuū venerabile caput
me oraſſet:ne omnino domo pedē offerrem. Sed ob
ſecro te pro tua ſingulari in me humanitate:vt excu=
ſationem accipias:qua ne delphicū quidem oraculū
verius eſt. ¶ Epiſtolę argumentū

Reddite ſunt. Meledom⁹ excuſatoriā ipſi⁹ Libanii epiſtolā amico ſu
ſcępit nō in qua ſe Libanius excuſauit ꝙ febribus oppreſſus nō potuit
Anaximenē vt debuit adiuuare:cui epiſtolę ipſius Meledomi nūc cō
cinne ipſe Libanius reſpondet & diſerte & grauit:quā accurate legas

¶Eidem

ratulato ia. REdditæ ſunt mihi litteræ tuæ:quibus contin/ gere mihi optatius potuiſſet nihil. Tria ex eis diſcere viſus ſum. Primum omniũ accipere te excuſationẽ meã exiſtimareq́ꝫ Anaximeni omnia p̄/ ſtita eſſe beneficia quę expeti a fratre parenteſq́ꝫ po/ tuiſſent. Deinde ex ęgritudine mea maximã te mole ſtiã accipere:cõmunẽq́ꝫ eam tibi videri· Grata mihi eſt tua iſta optima erga me voluntas· Et pro vtraq́ꝫ magnas habeo tibi gratias. Nihil tamen noui: nihil inopinati renunciaſti: quandoquidẽ quæ vera ſunt tu vir' prudentiſſimus atq́ꝫ humaniſſimus merito cre dere potuiſti. Deinde ex ægritudine par fuit te mœ ſtũ fieri: veris etenim amicis:quales nos eſſe negare poteſt nemo:vna eademq́ꝫ fortuna accidere videtur: id quod ex meipſo coniecturo. Nam vel in maximis deliciis acerba mihi vita eſt: ſi male habeat amic⁊. Et nullus eſt tantus mæror:quẽ ſecundior amici fortu= na adimere mihi:vel ſaltem lenire nõ poſſet· Quod vero vltimo loco rogas: vt valitudini conſulã:libentiſ ſime faciam· Et quia id ipſe cupio: vt leniam dolorẽ quem me ægrotante ſentis.

Optima

Nota

¶Epiſtolę argumentũ

Quoniã ex pximis. Scripſit Meledomus ad Libaniũ ꝙ multũ affice retur dolore ob eas quas Libaniũ intellexit pati febres:cui nũc reſpon det illũ certiorẽ reddendo ꝙ ipſe Libanius a febre ſit liberatus apolli/ nis potius cõſulto q̃ Euſculapii poſt hac iocum apponit.

¶Eidem

Expoſitiua aut narratiua. QVoniam ex proximis litteris animaduertere mihi licitũ fuit:maximo te mærore affici:quo niam me febre vexari audiueras:ideoq́ꝫ amice

Bona

conſulueras vt curarẽ valitudinẽ. Viſum eſt faciendũ vt te his litteris cõmonefacerẽ que mihi ſit valitudo: tandem ſiue Aeſculapio: ſiue quod potius crediderĩ fauente Phœbo febrem pepuli: interminatus corpori meo longam moleſtamq̃ eſuritionẽ: ſi eam præterea hoſpitaretur. Vale ergo et tu vt ego et melius vt diutius valere poſſim.

¶ Fpiſtolę argumentũ

Exploratiſſimũ. Audiuit Libani⁹ de ſingulari Cliſmonii & ingenii & virtutis preſtantia quorũ gratia illi notus fieri & amicus contendebat cui hanc Libanius primã etſi ignotus epiſtolã mittit: petens ſeſe in illius admitti amicitiã: quare vnica nihil grati⁹ ſibi accidere poſſe dicit.

¶ Libanius Cliſmonio ſalutẽ

Pulchra — EXploratiſſimũ habeo te his litteris plectis vehementer admiraturã ab eo litteras accipere: qui vix nomine cognitus tibi ſit quæ vel petenti maxima videntur. Verũtamen ſi intueri poſſis ingenii tui præſtantiã: & virtutis clariſſimæ excellentiam quę ore omniũ celebratur: mirari deſineres. Mouit illa me: atq̃ vt ad te ſcriberẽ coægit. Ita enĩ mihi conſtitui: vt ſine tanti viri beniuolentia viuere nolim. Quæ quum ita ſint: obſecro vt reliquorũ familiarium numero me a ſcribas: quod aſſecut⁹ ſi fuero: nulli fœlicitati concedere videbor. — Petitoria.

¶ Epiſtolę argumentũ

Letentur alii. Plurimũ Libanius gratulatur ſe adeptũ beniuolentiã Cliſmonii viri humaniſſimi quare nihil profecto ſibi optatius euenire potuiſſet etiam ſi diuinitas illi obueniſſet aut deus factus eſſet.

¶ Eidem

Bona — LAetentur alii nacti diuitias: ingentes præclariſſimoſq̃ theſauros: me certe hoc tempore beatior eſſe nemo poſſet: quũ mihi talis amicus — Gratulatoria de adept[a] amicitia

contigerit: qualem vl reges maximi optare poſſent. Equidem quum litteras tuas legiſſem: tanta lætitia animũ cæpit: vt nunq̃ fœlicior mihi dies illuxiſſe videatur. Cæterum quia animi amplitudinem nõ poſſim vel longiſſima epiſtola conſequi: vno verbo ſcribendi finem faciã; cũ diuinitate ipſa nolle me ſi optio offeratur tantam fœlicitatem cõmutare.

¶Epiſtolæ argumentũ

Quoniã intueri. Cõmendat Cliſmonio Ariſtobolũ illuc pficiſcentẽ rogans vt illi oſtenderet quantũ ſua apud Cliſmoniũ ponderis habuiſſet commendatio.

¶Eidem

Cõmenda ticia. Quoniam intueri viſus ſum apertiſſime amorẽ erga me tuum non eſſe vulgarẽ: teq; optare vt aliqua in re experiar quanti me facias: venienti iſtuc Ariſtobolo ſponte cõmendaticias litteras obtuli. Quum ergo tanta ei de te prę ſertim quanta videbar de mei amantiſſimo poſſe pmittere promiſi obſecro te vt ei talem te præbeas vt potius ſuperes eius expectationem q̃ fallas. Bona

¶Epiſtolę argumentũ

Quũ mecũ. Iocoſam ſcribit ad Metrodorũ epiſtolã de Autolio hoĩe facetiſſimo qui plus ſolito bacchum vini deũ adamare conſueuit quo ſępe iniurgitabatur.

¶Libanius Metrodoro ſalutẽ

Iocoſa et faceta. Quũ mecũ fuerit Autolius vir oĩm facetiſſim⁹ ex cuius quotidiano ſermõe maximã cępi voluptatẽ: conatus ſum ei perſuadere vt iſtuc ſe reciperet. Nunq̃ tamen potui hactenus hinc eũ abducere:

ꝙ diceret ſe diuelli nō poſſe nō a puellæ ſed à formoſiſſimi adoleſcentis amplexu. E veſtigio orationem homīs deteſtatus: ꝙ obſcœnis pueri amoribus teneri videretur. Deum inquit nō mortalem amo: q̄ quū maxime amoſus ſit: eaq̧ re maxime placeat: tamē eū ſi videas adoleſcentē credere poſſis. Cunq̧ mirabundum me tueretur tandem ænigma ſoluit. Bacchum eſſe dicens quē hic quotidie oſcularetur: et ſe ingurgitaret. Hoc accepto: vehemēti riſu agitatus ſum. Hāc vnā facetiam ex multis ideo ad te ſcribendā duxi: vt quum iſtic fuerit nam domū tuā aditur⁹ eſt. Bacchū illi ſuū cōtinuo poſt acceptam redditamq̧ ſalutē offeras. Hoc ſi feceris ſi iubeas volabit.

¶ Epiſtolę argumentū

Nunq̃ deſinis: Sæpenumero Vrbanus nititur declarare ſuū erga Libaniū amorē variis argumentis & reb⁹ cui reſcribit vt id facere deſinat

¶ Libanius Vrbano ſalutē

NVnq̃ deſinis noua et aperta indies beniuolentię erga me tuæ argumenta mihi oſtendere: ꝓinde acſi mihi obſcurum eſſet. Verū ne deinceps in his labores: tibi ꝑſuadeas: nō minus Theſeo credidiſſe Pirithoum q̃ ipſe tibi credā. Conari autē beniuolentiā mihi tuā oſtendere: non ſolū tibi ſupuacaneus labor eſt: ſed nō minima ſuſpiſitiōe mei erga te animi: Cōſultin

¶ Epiſtolę argumentū

Iuſſiſti vt. Neſtor hortabat᷑ Libaniū vt quas ad ſe ſcriberet litteras illas q̃ breuiſſimas mitteret: & id amicorū eſſe quod & Libanius nunc facit docens neque nimiū formidandas eſſe: neq̧ etiā omnīo oſtendendas inimicitias: quia vtrunq̧ parit inſecuram vitam.

¶ Libanius Neſtori ſalutē

IVſſiſti vt ſcripturus ad te breuitati ſtuderē: ꝙ Hortaton

in amico prolixitatem nō probes. Vt ergo tuæ volū/tati mos geratur: breuem accipe epiſtolam. Ea vero nihil reliquum petitur: niſi vt neque contemnas neq́ omnino inimicicias metuas. Nam vtrūq́ ſi minus fi/at aut ſi oīno deſit tute viuere nō poſſis. Cur hæc ſcri bam Vlyſſes tuus tibi coram dicet: neq́ enim tuto lit/teris omnia cōmittuntur=

¶Epiſtolæ argumentū

Non es neſcius. Admonebat Libanius Neſtorē de eo quod in rē illi⁹ eſſe cognoſcebat de quo optime contentus erat: Neſtor Libanio agebat gratias cui reſpondet ꝙ amicus amici cauſam perinde atq́ ſuā iuuare debet. Et quid illum facere velit aperit in fine.

¶Eidem

Narratiua et perſuaſi/ua tandem

NOn es neſcius veri amici officiū eſſe vt quæ ho neſta vtiliaq́ fore amico aīaduertat ea aman ter ſignificare. Quū ergo ex officio proxima epiſtola te admōuiſſem: quę fieri abs te operæpreciū putarem: gratias mihi maximas ægiſti· quaſi id & ſin gulari quadam humanitate perfectū ſit. Sed ſi cupis cumulatiſſimā referri mihi gratiā cura honori conſu le, et auſculta ſenis tui conſiliis. Bona

¶Epiſtolę argumentū

Heu me. Lugubrē audiuit nunciū de obito chariſſimi ſui Nelei quod ipſum male habuit. Vnde ſcribit ad Neociū: petens ab eo certior fieri de morte ſui amici ſine quo vitam agere vix poſſe affirmat. Vim certe amoris hęc exprimit epiſtola.

¶Libanius Neocio ſalutē

Plena me/ſticię.

HEu me miſerū: vnde primū exordiar? Vere in maxīo animi languore me vis omnis ingenii deficit· Audiui Neleū mihi vita ipſa chariorē vita exceſſiſſe: & eo nuncio adeo perturbatus ſum: vt prope ego occiderim. Et niſi id vn um langueuti ſuc= Optima

currerét animo ꝙ qui hæc rettulere neſcire ſe ſed ali=
unde accæpiſſe tradebant: vita mihi longior nõ fuiſ=
ſet. Adeo enĩ illũ amo: tantiq; facio: vt ſine eo viuere
et turpe et amentiſſimũ mihi ducam· Quapropter te
maxime oratũ velim: vt continuo facias me per littе=
ras certiorem: vera ne audiuerim: an (quod vtinã re
nunciare mihi poſſis) ſomnia mihi narrata fuerint.

¶ Epiſtolę argumentũ

Etſi iucunde. Neocius certiorẽ reddit Libaniũ de Neleo ꝙ adhuc int[er]
viuos ageret: q̃ res adeo grata Libanio fuerat vt nihil gratius.

¶ Eidem

Bona — ETſi iucunde ſemper mihi tuæ littere eſſe con= — Gratulat[o]ria.
ſueuerint: ꝙ ab hoĩe mihi amantiſſimo profi
ciſcuntur: quæ tamen tuo noĩe proxime reddi
tę ſunt: omnibus quas vnq̃ accæpi nedum tuis multo
mihi gratiores fuere: vt ex quibus ſum factus certior
Nelium adhuc viuere: nullũq; eſſe iam mortis pericu
lũ. Sane hoc nuncio deus factus videor. Quapropter
ago tibi gratias immortales: ꝙ rem optatiſſimã tan=
ta celeritate renunciare mihi curaueris.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quanq̃ ſi fieri. Cõgratulatur Neleo ꝙ a periculoſiſſimo liberatũs mor
bo priſtinæ ſit reſtitutus ſanitati quo fieri vt Libanius ſuam fœlicius
et lenius feret ſenectutem.

Pulchra — ¶ Libanius Neleo ſalutem. — Gratulat[o]ria.

QVanq̃: ſi fieri poſſet: ſuauius mihi longe futu
rum fuerat ad te accedere: complexuq; atque
oſculo te proſequi: tamen quia hoc non licet: quod li
cet lætiſſimo animo facio. Nunq̃ maior mihi mole=
ſtia contigit ea: quam ex tua ægritudine cæpi. Neque

letatus ſum vnq̄ magis q̄ proxime dum mihi renunciatum eſt te in columen ex periculoſiſſimo morbo euaſiſſe. Tibi itaq; maxime gratulor: & diis ingentes habeo gratias: videri mihi iam leuiorem ſenectutē quā tecum agere conceditur. Neque enim ignoras: videri mihi tam leuiorem ſenectutem q̄ tecū agere conceditur. Teq; vehementiſſime oro: vt diligenter valitudini conſulas.

¶ Epiſtolæ argumentū

Quū perſpicue. Obiurgat Thelemachū quod multa amicis ꝑmitere ſolet: præſtare autē nihil; quod leuis & vani hominis officium nō amici eſt: ab eo illum dehortatur pro viribus.

…cuſato/
…familia

¶ Libanius Telemacho ſalutē

Q Vum perſpicue animaduertere iandiu potueris: me in te amando nemini cedere: potes vel potius debes quæcūq; tui ad monendi cauſa ſcribantur bonam in partem accipere. Paſſim vulgatur te amicis multa promittere: eorūq; promiſſis præſtare deinde nihil: quod tantum abeſt vt probem: vt nihil deteſtabilius mihi videatur. Qui enim fieri poſſit: vt vel maxime neceſſaria ab amicis impetres quos omnes fallere et ſoles et gaudes. Quod quum ita ſit: te oro vt ſerues ꝑmiſſa. Quod ſi feceris mihi crede honori tuo q̄ optime conſultum fuerit.

¶ Epiſtolę argumentū

Quam epiſtolā: Reſpondebat Thelemach⁹ ſe grato ſuſcepiſſe animo Libanii epiſtolā: etſi falſa ſibi obiecíſſet videlicet ꝙ amicis promiſſa nō ſeruaret: cui hanc mittit epiſtolā monens vt nihil promittat quod preſtare nequeat: ꝑ prius deliberet antequā promittat: quia turpe aut nūquā ſtare promiſſis aut coactum negare.

¶ Eidem

Pulchra Q Vam epiſtolam proxime ad te dedi: fuiſſe tibi Moni
iucundã ſcribis: ꝙ ab amantiſſimo tui profici ria.
ſceretur: falſa tamen me obiectare tibi ſcribis.
Quandoquidem aũt nunq̃ aut coactus nõ ſtes pro=
miſſes Velim ego mendax apud te eſſe: dum cęteri te
mendacem dicere deſinant. Q꞉ autẽ coactus interdũ
neges quod promiſeris: et ſi videtur tolerabilius tamẽ
cauendũ arbitror: ne in hanc neceſſitatem deuenias.
Quod fiet ſi anteq̃ aliquid promittas vires tuas dili/
genter conſulueris.

¶ Epl'ę argumentũ

Maximo gaudio. Singulari dicit ſe affectũ gaudio ipſe Libani⁹ de re/
ditu ipſius Antimachi ex Egipto ad eũ locũ vñ per aſſiduos nuncios
crebro de eo aliquid audire poterit: & illius cum voluptate lrãs legere.

¶ Libanius Antimacho ſalutem

M Aximo gaudio affecit me reditus tuus: quan/ Gratu
Bona q̃ enĩ nõ magis iſtic video q̃ in Aegypto exi= ria
ſtentem intuerer: tamen frequentius mihi de
te referentes audire licet: nullus etenim dies prӕterit
in quo iſtinc ad nos nullus concedat. Quapropter
iure lӕtus eſſe videor. Atqꝫ vt hӕc lӕticia indies auge
atur te orans velim vt ſi frequentes ad me litteras ſcri
bas quibus legendis adeo me oblectabo vt nihil poſ=
ſit iucundius accidere.

¶ Epiſtolę argumentũ

Etſi iucundius. Antimachus filiũ ſuũ erudiendũ in ſtudiis dicẽdi Li
banio tradidit: qui adoleſcens indignũ ſe his & negligentiſſimũ vt ple/
riqꝫ hoc tempore faciunt: exhibuit: monet patrẽ vt filiũ ſuũ domũ reci/
piat: ne tempus ille iuuẽtutis ſuę miſere perdet: & pater pecunias: &
preceptor laborẽ docendi: quod profectus tedioſiſſimum eſt.

¶ Eidem

Optima E Tſi iucundius mihi futurũ fuerat: vt rem tibi Accu ria ne tię fili

gratiſſimã his litteris ſignificarem: tamen vt abs te im parata faciam qualiacũq; ſunt renunciare tibi com= pellor. Filius tuus quem mihi eloquentiæ ſtudiis erũ diendũ tradidiſti: neq; precibus neq; minis poteſt ſtu dioſus fieri. Et ſi forte legenti mihi adeſt: aut ſomnũ capit: aut cum ſodalibus inane quiddã loquit̃. Vnde fit vt nihil ſpei mihi reliquũ ſit. Difficile eteñ eſt do= ctum fieri: qui nõ ſponte ſed alterius impulſu litteris operam impẽdit: quum præſertim improuidæ adole ſcentiæ annos prætererit. Quapropter hæc mea ſen= tentia eſt: nec illũ fruſtra hic tempus cõterere diutius ſinas, ne ſimul ille tempus: tu pecunias: ego labores: amittam. Nota

¶ Epiſtolę argumentũ

Non erat. Reſcripſit Antimachus: Libaniũ humaniſſime rogando vt adhuc filiũ negligentię deditũ & deſidię prudenter moneret & adhor taretur vt eloquentię & dicẽdi arti operã nauaret: ne tanq̃ turpis Ther ſites & iners qui futur⁹ ſperabatur Vlyſſes domũ in multorũ ludibriũ rediret: cui hic perconcinne Libani⁹ reſpondet amice & prudenter qui filium non minus q̃ alter pater amore complectitur.

¶ Eidem

Petitioni reſponſiua. NOn erat opus vt gratias mihi ageres q; amice quæ de filio tuo ſtatuenda exiſtimarem ad te ſcripſerim. Feci illud quidem ex officio: quã/ q̃ dolenter: q; nihil tibi renunciare voluiſſem nõ iucũ diſſimũ. Quod aũt me oras vt adhuc enitar filio per ſuadere ne tantã infamiã ſubeat: quandoquidẽ ſi elo quentiæ expers domũ redierit: omnibus ludubrio fu turus eſt. & Therſitem rediiſſe dicent: q̃ futurus Vlyſ ſes credebat̃. Morem geram voluntati tuæ. Atq; vti/ nam poſſim ego et te et me voti cõpotes facere. neq; Pulchra

enim mihi minus curæ is eſt q̃ tibi.

¶ Epiſtolę argumentū

Quanq̃ perſæpe. Telinus breui quadā epiſtola quendā ſuū amantiſſimum Clitomachū nomine Libanio cōmendauerat: cui nunc Libanius reſpondet ſe pręſto & paratū fuiſſe homini ſibi a Telino cōmendato: poſthac dicit ſe nihil noui habere quod de fratre Telini ſcriberet: ſuam interea offert Telino ſummā beniuolentiā & amicitię officiū quo ipſos mutuo inuicem vti velit.

¶ Libanius Telino ſalutē

Qvanq̃ perſæpe coniectura aſſequi mihi licuit Expoſitia beniuolentiæ.
Pulcherrima. non excludi me ex tuorū familiariū numero: nunq̃ tamen tua quidē mihi beniuolentia explorati quia fuit: quandoquidem hominem tibi chariſſimū mihi breuiſſima epiſtola cōmendaſti. Ego vero quāto breuior epiſtola fuit tanto diligentius amico tuo præſto fui: id quod malim te ex ipſo cognoſcere. Quod reliquū vero eſt nō poſſum de fratre noui aliquid tibi renunciare: qnū id ſe nihil accæperim. De mea erga te beniuolentia et deſiderio tuo demerendi ſtudium fuit aliquid reſcribere quū nihil ſit tibi compertius: qnāobrem fruamur noſtra beniuolentia et vterq; alterius opera audenter vtatur.

¶ Epiſtolę argumentū

Non potes. In hac epiſtola Libanius exhibet Telino omne amicitię officiū monetq; ipſum vt nequaq̃ de ſingulari & optimo erga ſe animo ipſe vnq̃ dubitet: quandoquidē omnia quę ipſe Libanius intelliget eē foreq; voluptati Thelino: ſit facturus.

¶ Eidem

Pulcherrima NOn potes: vt proximis litteris ad te ſcripſi: de Familiaris et amicicię plena.
meo erga te animo ambigere. Quod quū ita ſit exiſtimare debes nihil eſſe adeo magnū vñ voluptas tibi ꝓmitti videat̃ quod ego ardētiſſime nō cupiā. Immo ſi ſyncærā voluntatē eloqui me patiaris

in p̃ſtãdo amicis bñficio maior mihi voluptas eſt q̃ re cipienti. Fruſtra igitur gratias mihi ęgiſti: ꝙ Clitoma cho ſubrogatus fuerim quẽ tibi ſtudioſiſſimũ eſſe cõ pertum habebã: vt eni omittã ꝙ ſum functus officio: quandoquidem qui tibi amici ſunt eos ego nõ poſſũ non vehementer amare: certe tanta inde mihi volu/ ptas fuit: vt quotidie eandem mihi occaſionem offer ri cupiam.

¶ Epiſtolę argumentũ

Legi epiſtolã. Hyaſius Libanio epiſtolã ſcripſit in qua multas iſeruit quæſtiones & dubia: quorũ ſolutionẽ ſibi fieri a Libanio vehementer contendit: cui nunc Libanius reſpondet id ſe perlibenter facturũ: verũ id nunc fieri nequit quãdoquidẽ rus conceſſit ob ęſtiuũ calorẽ vbi ſecũ nullos habet libros: nec ſtudio ſed piſcationi & auiũ capturæ operam daret. Deinde rogat Cilleniũ adoleſcentẽ omnibus rebus adiuuet.

¶ Libanius Hyaſio ſalutẽ

Reſponſi/ ua petitio/ ni. — Optimã

L l Egi epiſtolam tuã quæſtionibus plenã: & ſtu= diorũ tuorũ teſtem. Et ea quidem legenda te quoq; ipm videre viſus ſum; id quod me pręcipue delectauit. Quæ ex me quæris quæſitu digniſſi/ ma ſunt: verum dabis mihi veniam ꝙ modo quæſtio nibus tuis nõ reſpondeã. In proximã enim vrbis vil= lam ſeceſſi: vt vrbana nogocia æſtiuis caloribus effu= gerem; hic aũt piſcatione atq; aucupio deditus: nullã habeo cũ litteris cõſuetudinẽ. Immo eas in vrbe reli= qui: ꝙ ruri cõmode ſatis ſe eſſe nõ poſſe dicerẽt. Sed quum in vrbem rediero conabor ego pro viribus vo= luntati tuæ morem gerere. Cæterum Cyllenio iuueni optimo atq; de me benemerito cupio te adeſſe: præ/ ſertim quũ honeſte poſſis. Quod ſi feceris maximũ abs te beneficiũ accæpiſſe fatebor.

¶ Epiſtolę argumentū

Admiraberis. Tymolius ſcripſit Libanio ſe domū reditūrū: quod aliquantulū Libanio diſplicere cępit dicens credo ꝙ hanc ſententiā meā admiraberis quam hic tibi ſcribo quū enim hic nobiſcū in eandem mecum vrbe: propter ingentē rerū copiā agendarū nnuq̄ vel valde raro mecum loqui potes: abſens autem ad me ſępe ſcribis.

¶ Libanius Tymolio ſalutem

ADmiraberis ſententiam meā: quanq̄ enī mihi Diſuaſoria
præſentia tua chariſſima eſt: tamen ꝙ rediturus es doleo. Etenim quū hic es rerum gerendarum copia mihi talis nūq̄ vel perq̄ raro loquaris: abſens vero frequēter ad me ſcribis. Sed ſi (vt veros amicos decet) deſtīaueris me quotidiano colloquio beatū reddere: perq̄ gratus mihi reditus tuus fuerit. Quod quū mihi propter tuā erga me beniuolentiā audenter promittam: celer fœlixq; redeas.

¶ Epiſtolę argumentū

Nihil iandiu ꝙ. Chroneus mœſtus erat ꝙ Libani⁹ nullas iā diu ad ipſum dederat litteras: cui excuſationem affert Libanius.

¶ Libanius Chroneo ſalutē

NIhil iandiu ꝙ ad te ſcripſerim: noli mœſto aīo Excuſato-
eſſe. Non enim negligentia aut obliuione tui ria.
hoc factum eſt: ſed quia proxime ad nos rediturus dicebaris. Nunc ꝙ cupidus ad te ſcribā habeo nihil: niſi ꝙ cito redeas: quod vt facias te vehementer oro.

¶ Epiſtolæ argumentū

Quam ſis callidus. accuſat Chroneū calliditatis & aſtucię: quia differebat aduentū vel reditū ſuū quē Libani⁹ ardenter expectabat: et ideo ſilentio vtebaẗ nihil litterarū ad Chroneū mittens. Et hoc ex eo Chroneus fecit vt Libanius crebris litteris īuitaret Chroneū vt celeraret reditum ſuum.

¶ Eidem

QVam ſis callidus abunde mihi cognoſcere li-

cet. Quū enim ſilentiū meū inde profectū animaduer teris ꝙ te expectaui; reditum differs vt frequentibus litteris ad eum accelerandū te inuitem. Quod ſi pſua deri tibi exiſtimē vt cito redeas nihil ſum libentius fa cturus. Verum quia ētiā ſi hic fueris licebit tibi meas litteras legere: obſecro te ne ſis in mora amplius: vt ſi mul et litteras meas legere poſſis et quod dulcius eſſe conſueuit colloqui poſſumus.

¶ Epiſtolę argumentū

Delectarunt me. Salonic⁹ facundiſſimas dederat litteras ad Libaniū petens conſiliū de ducenda vxore vel potius eligenda: nā pater Saloni cum filiū iubebat vxorē ducere: cui hic Libanius reſpondet qualē du cere debeat bonis ortā parentib⁹ pręſertī matre formoſam ac pulchrā et fortunatam. Pulchra eſt epiſtola.

¶ Libanius Salonico ſalutē

Suaſoria

Optima

d Electarunt me ſupra modū litteræ tuæ nō ſo lum quia elegantes et ornatiſſimæ fuere: verū etiam quia quanti me facias inde mihi licitum fuit apertiſſime intueri. Quum enim vxorem ductu rus ſis patre hoc iubente: quam ducas ex me ſcire op tas. Certe nō eſt onus par viribus meis. Nam ex tan to adoleſcentularū numero difficilimū ſit eligere quā præcipue ducas: quum maior ſit mihi cū litteris q̄ cū mulieribus cōſuetudo. Verūtamē ne omnino deeſſe tibi videar: illud mihi videt̃ vt cognitam ducas: cuius parentes et matrē præcipue bonis moribus præſtan tem noueris. Atq; ſi fieri pōt ſit formoſa: male enim conſulitur liberis quū deformis vxor ducitur. Raro quippe deformi ex vxore formoſos libros naſci vide mus. Accedit ad hoc: ꝙ qui forma præſtanti vxorem domi habet: alieno thoro non inſidiat̃. Si faueat ve

Deducenda vxore

ro tibi fortuna:cuius opem in vxore deligenda poti/us implorandam arbitror q̃ Iunonis:hinc enī et fœlicitates maximæ et miſerrimę calamitates proficiſcuntur.

¶ Epiſtolæ argumentū

Ex epiſtola. Scripſit Salonicus ad conſiliū Libanii duxiſſe vxorē genere nobilē parentibus natā chariſſimis & probis:moribus venuſtam: vltra hoc forma & pulchritudine prestantē:de qua re:hic Libani⁹ plurimū gratulat ꝙ id Salonico cōtigit quod nō vulgo venire ſolet.

¶ Eidem

Optima

EX epiſtola quæ mihi tuo nomine reddita eſt ſum factus certior.te eam vxorē duxiſſe quæ nobili genere orta parentibus optimis moribus oī laude digniſſimis:forma ꝑterea prestāti ſit. Lętatus equidem ſum:tanta ſimul bona tibi contigiſſe. Nulla etenim ex re poſſem ego maiorem capere voluptatem q̃ ex tuis fœlicitatibus. Tibi proinde gratulor:& vt gratulandi facultas mihi frequenter conceda tur:oro. Nam ꝙ cōſilio meo hoc eueniſſe tibi putas: eſt quod mihi vehementiſſime placet. Paternū certe cōſiliū tibi dedi:ſed prudētia tua in hoc pręcipue tibi adiumento fuit.

Gratulatoria.

¶ Epiſtolę argumentū

Quod petis. Leoncius magnis adiuit precibus Libaniū vt Ariſtobolum virū omni virtute præditū & Libanii amantiſſimū odio perſequeretur. Et Speuſippū hominē nullius ingenii atqꝫ virtutis ſed diuitiſſimū amaret:cui hic reſpondet ſe id quod Leoncius petit nequaq̃ facturum vt malum amaret:& bonum odiret.

¶ Libanius Leontio ſalutē

Optima

QVod petis:fieri non poteſt:quod nō petis me omnino facturum ſcias. Odiſſe Ariſtobolum mei amantiſſimū neqꝫ volo neqꝫ debeo. Amare Speu

Excuſatoria.

ſippum nullo ingenio:nulla virtute prædítum q̄ ditiſ
ſimum nullo modo poſſum. Solam enim virtutē ma
gni faciendam puto: qua Ariſtobolus maxime præ=
ſtat. Quamobrem feras æquo animo: ſi volūtati tuæ
morē nō gerimus: neq̧ id mihi aſcribas ſed tam Ari/
ſtobolo tam Speuſippo. Alter enim me hortatur vt
ſe amem; alter facit vt ſe odio habeam·

¶ Epiſtolę argumentū

Et miraris. Scripſerat ipſe Speuſippus ad Libaniū cū quadā admira/
tione & dolore ꝙ tanti faceret Ariſtobolū & ꝙ preces Leoncii nō ex/
audiuiſſet: reſpondet Libanius ꝙ nō debet mirari neq̧ dolere ꝙ tanti
faciat Speuſippum propter ſingularem illius virtutem & probitatem
Et eſt pulchra epiſtola.

¶ Libanius Speuſippo ſalutē

ET miraris et doles tanti me Ariſtobolū facere Egregia
vt ne Leontio quidem rogāte velim te illi præ
ferre· Verū hoc pace tua dicam: plura impe/
trari a me poſſe ſolam Ariſtoboli virtutem: cuius ſum
ego optimus teſtis: q̄ omniū amicorū preces. Nam
qui aliorū virtutes cōmemorant veri mendaceſq̧ eſſe
poſſunt: qui cū virtute viuunt fallere neminem poſ=
ſunt. Patere ergo aut Ariſtobolum tibi præponi: aut
eius virtutes imitando parem aut ſupando maiorem
tibi beniuolentiam concilia.

¶ Epiſtolę argumentū

Non quia velim. Scribit Ariſtobolo quę acta ſunt inter ipſum & Leō
cium quomō Leoncius petierat Libaniū ꝙ Ariſtobolū odio & Speu
ſippū beniuolētia pſequeref: q̄d nequaq̄ vnq̄ factur⁹ eēt Libani⁹: verū
Ariſtobolū vt ſua virtus exigit amore proſequi vellet. Lectione dig/
na epiſtola.

¶ Libanius Ariſtobolo ſalutē

Familiaris et amicicię plena. NOn quia velim beneficiū erga te meū extolle=
re: aut noſtram beniuolentiā quę maxima eſt

confirmare:quæ proxime mihi euenere his litteris cō
miſſa ſunt. Verum vt tua merita apertius intuearis:
ſcripſit ad me Leontius cui plurimū certe debeo:vt ſi
mul te odio:ſimul Speuſippū beniuolentia proſeque
rer. Atque vtriq; reſpondi nulla ratione poſſe abs te
amādo deſinere:ꝙ virtutes tuæ ſingulares id a me ex
igere viderentur. Perge ergo vt cæpiſti:& virtutibus
incumbe. Sola eni virtus eſt:quam odiſſe vix inimici
poſſunt.

¶Epiſtolę argumentū

Vbiubi es. Scribit ad Eutropiū virū litteratiſſimū hanc paruā epl'am
quā ad illū venire cupit vbicunq; locorū degit: vt reſponſum ab eo ha/
beat:vel potius ipſe corā cōpareat:vt ſolidi⁹ ſit vtriuſq; aīa ſit gaudiū.

¶Libanius Eutropio ſalutē

V Biubi es tandem epiſtolam meam latere non Hortatoria
poteris:ea enim lege omiſſa eſt vt reſponſio/
nem afferat. Sed illud longe mihi gratius fue
rit:vt ipſe coram reſpondeas. Poteſt enim aliquis tuo
nomine ſcribens falſo me gaudio implere. Q; ſi te lo
quentē et audiam ſimul falſi non potero:ſimul abun/
dantius lætabor.

¶Epiſtolę argumentū

Venit ad me. Dicit mi Calophile proximis his diebus Bias corinthi⁹
ad me venit etſi nihil tuarū litterarū ad me attulit:tamē me orauit vt il
lum mihi cōmendatū ſuſciperē tuo nomine ilico me illi obtuli:& dixi
ꝙ omnes qui eſſent tui amici poſſent me vti pro eorū arbitrio:tamē ro
go mihi ſcribas q̄ charus is ſibi alias tibi ſit.

¶Libanius Calophilo ſalutē

V Enit ad me proxime Bias corinthius et quā q̄ Expoſitiua
tuarū litterarum nihil attulit:tamē me orauit et tandē pe
vt ſe tua cauſa cōmendatum haberem. Eueſtigio ope tit.
ram meam homini obtuli dicens:omnes qui tibi ami

ci eſſent poſſe me pro ſuo arbitratu vti. Verum vt lateat mihi ſignificantius meā erga te beniuolentiā tibi oſtendere: fac me per litteras certiorem q̄ ille tibi charus ſit.

¶ Epiſtolę argumentū

Si quid vnq̄. Petit Clebiſtū ſui amiciſſimū precibus maximis & ita vt nihil ſibi optati⁹ & gratius ea re accidere queat vt Sebaſtianū ex phęnicia terra proficiſcentē qui apud Clebiſtū aliquot dies manſurus eſt cauſa cōponendi quandā cōtrouerſiā quā cū ſuo genero iandiu habuit vt illum iuuare velit immo vtrunq; & ſociorum & generum: quū apud vtroſque magnæ ſit auctoritatis.

¶ Libanius Clebiſto ſalutē

Petitoria. Optima

SIquid vnq̄ abs te magno ſtudio maximeq; cōtendi: nihil optati⁹ mihi fuiſſe putes: q̄ quod his litteris cōmittitur. Ex phoenicia profecturus eſt Sebaſtianus: iſticq; dies aliquot eſt moratur⁹: quandoquidem cū genero cōtrouerſiam diu habitā diſſoluere ſtatuit. Verum tantam eſt ei humanitas: vt etſi cogere illum poteſt: tamen hortari malit. Sed ad hoc cōficiendū videre videor te eſſe perq̄ idoneū: quandoquidem magna tibi eſt apud vtrunq; auctoritas. Quod quum ita ſit, maxime te oro: vt ſimul Sebaſtiano: ſimul mihi morē geras. Quod ſi feceris: tibi perſuadeas me magis debiturum tibi fuiſſe: q̄ ſi mortuo mihi vitam reddidiſſes.

¶ Epiſtolę argumentū

Non quia aut. Aſteri⁹ aliquid ex Libanio petiuit: cui reſpondet nunc q̄ cōmiſit Hilario cuidā ad Aſteriū p̄ficiſcenti vt ille diceret tibi: mihi Libanio paruā eſſe facultatem & vires: quas tamen omnes tuas eſſe vellem & pro te effundere: Et cur id fecit lucide aperit.

¶ Libanius Aſterio ſalutē

Excuſatia.

NOn quia aut paꝝ tibi debeam: aut parū cupiam honori aut commodo tuo inſeruire Hila

rio ad te profecturo mandaui vt facultatem mihi mi
nimam eſſe diceret: quam tamen vellem omnē tuam
eſſe. Cæterum ea ratione id fecimus: ne ſi totis virib⁹
conati paululum aliquid præſtaremus nos negligen=
tes et maximis tuis meritis ingratos diceres. Nūc ne
in aliam partem accipias quæ tibi bono animo dicen
da curaui maxima nos poſſe tibi perſuadeas. Quid
enim eſt tam magnum: tamq; difficile quod nolim:
quod non elaborem pro amico aſſequi. Itaq; et par/
ua nobis et magna impera: idem enim in vtriſq; et ani
mi et ſtudii ſemp mihi fuerit.

¶ Epiſtolæ argumentū

Meminiſti cū Monet Hilariū quid Aſterio dicere debeat ſuo nomī c
quia eo quod prius illi dixerat multū perterritus fuit: ita vt nihil a no
bis petere audeat: offeras illi omnes vires meas etiā maiores q̄ habeo
omnia mihi imperet.

¶ Libanius Hilario ſalutē

Bona M Eminiſti quum a me diſcederes mandatū tibi Hortatoria
eſſe: vt Aſterio facl'tatis meæ exiguitatē oſtē
deres: nunc quodāmodo intueor tali nuncio
eum abſterritum nihil audere imperare mihi. Te ma
xime oro: vt ei dicas maiores mihi vires eſſe q̄ eſſe di=
cam: quanq̄ dici abs te noluerim: eūq; hortare vt mi=
hi nō nihil imperet.

¶ Epiſtolę argumentū

Phęnicia etſi. Baſianus Libanii amantiſſimus apud Phęnices ſum/
mū obtinuit in ingrantibus honorē: illic quoq; diutius morabať cuius
morę impatiens Libanius erat propter amici abſentiā: orat vt dimiſſa
Phænitia terra quę eſt pars Aſyriæ: iudeę proxima: & tandē redeat.

¶ Libanius Baſiano ſalutē

Optima P Hœnicia etſi a me laudatur ꝙ ibi es: teq; mà= Petitoria.

ximis honoribus effert: male tamen audit a me quo-
niam tam diu oculis noſtris ablatum retinet. Quanq̃
in tuis honoribus vbicunq; es lætor atque meis: tamē
quia maior voluptas cōtingere ſolet ex præſente ami
co q̃ abſente: te oro vt Phœniciam aliquando deſe-
ras: noſq; adeas: qui et tui ſumus: & in te amando
concedimus nemini.

¶ Epiſtolę argumentū

Coſmillus iſtinc Dicit ꝙ Coſmillus venerat ab eo loco vbi Herodian⁹ degebat: qui Libanio ingentes agebat gratias: ex eo ꝙ Herodian⁹ amiciſſimus Libanii benigne & libenter ei affuiſſet. Vnde ꝑpulchre nūc Libanius Herodiano gratias agit.

¶ Libanius Herodiano ſalutē

Cratiatū actiua. C Oſmillus iſtinc ad me profectus: poſt datam Pulchra
acceptāq; ſalutem ingentes mihi gratias ægit.
ꝙ propter me ei omnibus in rebus benigne af
fuiſſes. Ego vero vt multum debeam ꝙ amico meo
præſto fueris: plus tamen debere me fateor ꝙ non ro
gatus ea feceris quæ rogati pauciſſimi facerent. Itaq;
magnas gratias tibi ago: teq; oro vt opera mea omni
bus in rebus vtare.

¶ Epiſtolę argumentū

Etſi ſuſpicari. Philoſtenes vxorem duxit quod Libanius poſt tres exactos menſes primo intellexit ideo tarde gratulat⁹ eſt et lętatus de his nuptiis: quia tardum de his nuncium accæpit: vnde excuſat a negligēti gratulatione.

¶ Libanius Philoſteni ſalutē

Gratulatoria. e Tſi ſuſpicari me fortaſſe negligentem potes: Bona

ꝙ ſero tibi gratulor: tamen quum exploratiſſimũ habeas: nulli eſſe me in te amando ſecundũ nõ negligẽtia gratulationem ſerã putabis· Sed neceſſitate. Quãquam enĩ tribus ab hinc menſibus vxorem duxiſti ſero tamen nuptiarũ nuncius ad me delatus eſt. Gratulor itaq; tibi ſero quidem ſed vehementer: & has nuptias fœliciores tibi eſſe velim q̃ ipſe cupias.

¶ Epiſtolę argumentũ

Ingenti dolore. Valde egre fert abſentiã ſui Aeſculapii qui in Phęniciam profectus maximos conſecut⁹ fuerat honores: rogat tandẽ vt crebra litterarũ viciſſitudine hanc abſentiã ſolaretur.

¶ Libanius Aeſculapio ſalutẽ

Pulchra I Ngenti dolore angebar te a nobis abſentẽ intuerer neq; enim facultas mihi erat tui et vidẽdi et conueniendi: cuius conſuetudine ita delector vt corpus animo· Verũ quia in Phœnicia te honores maximos aſſequi audio: facile abſentiã tuam mihi ferendam cõſtitui. Videre aũt videor intereſſe humanitatis tuæ: ne me ſaltem litteris tuis carere perpetuo velis. Sola nanq; ſcribendi viciſſitudine diſtãtia corpora coniunguntur: & quod locorum interualla negant: fieri vel facilime poteſt vt abſentes præſentes fiant. Querulo[ſa]

¶ Epiſtolę argumentũ

Quod nunq̃. Non credidiſſet hoc futurũ ꝙ Phedroni⁹ tanta debuiſſet facere pro Libanio quãta facta intellexit ex Muſonio: & hoc ideo nõ credebat quia multi falſo deferebant Libaniũ dicentes ꝙ ipſe odio & maledictis inſectaretur Phedroniũ: vnde verebatur ne ille crederet falſis delatoribus.

¶ Libanius Phedronio ſalutẽ

Q Vod nũq̃ mihi perſuaſi factũ eſſe tuis litteris didici: fieri nondum poteſt. Nam ꝙ amaturus eſſes et nihil petenti mihi negaturus: nũq̃ Gratiarũ actiua.

exiſtimaui:id quod proximis litteris abunde oſtēdi-
ſti:ea feceris quę Muſonius meo nomine efflagitauit:
ſimul omnia offerens quę abs te ſiue a tuis expeti poſ
ſent. Quū enim q̄plurimi falſo me crimīe apud te de-
tuliſſent: ꝙ te odiſſem: ſemperq̨ maledictis inſecta-
rer:nunq̄ exiſtimaui fore vt tam aperta amoris erga
me tui argumenta præ te ferres. Nam quod futurum
verebar hmōi eſſe noueris. Credebam te detrahenti-
bus crediturū:& ſubinde mali erga me animi futurū.
Tibi itaq̨ pro vtroq̨ gratias ago ingentes:nā ad me
demerendū ſatis hoc eſſe poterat: ꝙ me nō odiſſes.

¶ Epiſtolę argumentū

Quū & veterē. Hebrichius plurimos & inſignes conſecutus fuerat ho
nores quorū gratia gratulari debuit merito Libanius quod nō dicit ſe
facturum quia ſibi ipſi hos factos honores intellexit:& ita ex nimio a-
micitię argumento iocatur.

¶ Libanius Hebrichio ſalutē

Amicitię plēa et gratulatoria.

QVum et veterem et optimū amicū me tibi eſſe Bona.
nō ignorem:expectas fortaſſe vt longa epiſto
la tibi ob maximos honores gratuler. Tantū
vero abeſt vt hoc velim:vt nunq̄ breuius ad te ſcripſe
rim. Etenī quū te me alterū exiſtimē: nō tibi ſoli ſed
mihi quoq̨ honores huiuſmodi contigiſſe arbitror.
Itaq̨ expecto ꝙ mihi gratulentur. Tecum vero ma-
xima lætícia afficior:& magnas virtutibus tuis grati-
as ago:quæ mihi tantæ lętitię cauſam ſuppeditant.

¶ Epiſtolę argumentū

Etſi maxīa. Hanc epiſtolā affert quaſi loco muneris ipſi Marcello:cui
tantū debeat vt ſi etiā vaſa aurea aut argentea vel magnā ſummā pecu
niarum illi in donum mitteret:nec minime ſuorū erga Libanium me-
ritorum parti reſpondiſſe videretur.

¶ Libanius Marcello ſalutē

Optima ETſi maxima debere me tibi & agnoſco et fate Munifica.
or:parua tamen mittere nō vereor. Meritus
quidem es vt argentea aureaq; vaſa et nume=
roſam pecuniā ad te mitterē donoq; mittere. Quod
faciens nec miniæ quidem tuorū erga me meritorum
particulæ facerem ſatis:& ecce garrulā legis epiſtolā.
Sed optime Marcelle:ab amicis accipienda ſunt quæ
bono animo dantur. Scribo quidem lætus lætior ad
te venirem;lætiſſimuſq; mihi præſtarentur pro te ſem
per facerem. Itaq; ſenis tui manu ſcriptam epiſtolam
accipe et eſſe te mihi chariſſimū perſuade.

¶ Epiſtolę argumentū

Nondū. Philocarius prędara quedā & difficilima geſſerat quę Libanio ipſe Strategius longa declarauit epiſtola: ex quibus geſtis dicit ſe magno affectū gaudio Libanius. Et quid ſibi acceptiſſimū fuit audire aperit. Et eſt ep̄la prudentię & grauitatis plena:lectione digna.

¶ Libanius Philocario ſalutē

Optima NOndum arbitrabar te in Ciliciā peueniſſe quū Gratalatoria.
Strategiris quæ illic prædura geſſiſſes longa
mihi ſignificauit epiſtola. Tanto ꝟo affectꝰ ſum gau
dio vt neſciam an maiore affici potuerim. Quis enim
amiciſſimi viri honoribus nō maxime lætetur? Illud
vero inprimis audire gratiſſimū mihi fuit:ꝙ ſimul be
niuolentiam:ſimul timorē:obſeruantiamq; omnē ad
eptus fueris. Neq; enī ſine prudentia maxima poteſt
qui multis imperat nō eſſe alicui odio:eam ſaltem ob
cauſam quia alium alius ſiue amicorū cōmendationi
bus ſiue virtutum meritis magis amare impellit. Cæ=
terum potius vt animo meo ſatiſfaciam q̃ ꝙ opus ſit
te vehementer etiam atq; etiā cohortor vt eadem via

perpetuo ingrediaris. Difficilius nanq3 a plæriſq3 exi/
ſtimatur ſeruare q̃ aſſequi popularem beniuolentiã:
quæ ſentio ſignificare tibi omnia debeo.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quantopere. Cõmendat Sidenio ipſum Anatoliũ virũ & doctiſſimũ et eloquentiſſimũ: illum laudans ab ingenii amplitudine: ab humanitatis officio: a doctrina & fide qui gratiſſimus ſit acceptorũ bñficiorũ plus voluptatis habens in dando q̃ in accipiendo.

¶ Libanius Sydenio ſalutẽ

Cõmenda ... icia. — Optima

Q Vantopere Anatolio debeã: q̃q3 ille mihi charus: q̃ tibi amicus ſit: facilius animo conſequi q̃ declarari epiſtola poſſit. Etenim tanta eſt ei amplitudo ingenii: humanitas: doctrina: fides: vt vel inimicos (ſi aliquos quod difficile fuerit habere poſſit) cogat amicos fieri. Taceo ſingularem eius eloquẽtiam: quam ex muſis vel ex ipſo Apolline nõ ex mortali præceptore hauſiſſe videatur. Præterea q̃ cumulatam acceptis iam minimis beneficiis gratiã referat. Audenter hoc ſcribam in dando q̃ in accipiendo beneficio plus illi eſſe voluptatis. Que quum ita ſint: eũ tibi cõmendo: teq3 oro vt et tuo beneficio coniecturã facere poſſit: & magna eſſe merita ſua: & cõmendationem meã nõ eſſe vulgarem.

¶ Epiſtolæ argumentũ

Nullũ me. Doluit Paculinus & conquerebatur q Libani9 nullũ ſibi cõmẽdaret: quod erat argumentũ magnę erga Libaniũ beniuolẽtię. Cur autẽ nullũ ſibi commendat huius cauſam aſſignat.

¶ Libanius Paculino ſalutẽ

Familiaris et beniuolẽtię plena. — Bona

N Vllum me tibi comendare tam diu quereris: id quod tuam erga me beniuolentiam facile

præ ſe fert. Ne rogo id fieri exiſtimes ꝙ minus tibi q̃
olim cõfidam me nullũ tibi cõmendare ſcias: quia nõ
reliquis cõmẽdationi locũ: omnibus inſeruiens: quos
mihi vel beniuolentia vel conſuetudine minima con
iunctos ſuſpicaris.

¶ Epiſtolę argumentũ

Vt ꝙ ad te. Promiſit Libanius ſe venturũ ad Themiſtiũ virũ doctiſſi
mum & non venerat cur id fecerat dignã affert excuſationẽ: quia Iuli
anus imperator illum ſecum habere voluit.

¶ Libanius Themiſtio ſalutẽ

Bona — VT ꝙ ad te promiſeram nõ venerim cauſa ho/ — Excuſato/ria.
neſtiſſima fuit. Neq; enim potui Iuliano me
ipſum negare: cui plus q̃ mihi ipſi debeo. Tu
cur non ſcripſeris diuinare nõ poſſum.

¶ Epiſtolę argumentũ

Gratiſſima mihi. Themiſti⁹ dixerat ſe multas ad Libanium litteras
ſcripſiſſe & ſi intellexit illas non perueniſſe cui reſpondet ꝙ vix fuiſſet
ſi alius ſcripſiſſet tot litteras ad Libaniũ: & nulla pręſentata eſſet: cre/
diturus illũ in ſcribendo fuiſſe diligentẽ: ſed tamẽ ex quo tu ſcribis id
nõ poſſum tibi nõ habere fidem: verũ pereant peſſimi tabellarii qui ſic
litteras peruenere nõ ſinunt. Poſthac videtur iocari cũ Themiſtio dãs
ei remedium quo ſuę litterę perferre poſſint.

¶ Eidem

Optimã — GRatiſſima mihi fuit ꝓxima epiſtola tua: quã=
doquidem eius deſiderũ diuturnum mihi fue
rat. Neq; vero ſum is: q velim te arbitrari mẽ/
dacem. Quanq̃ enim difficile alio ſcribente creditur⁹
fueram ex mltis epiſtolis a te ſcriptis et ad me miſſis:
ne vna quidẽ accepta: poſſe te diligentem in ſcriben/
do videri: tamen quia ipſe ſcribis nõ poſſum tibi nõ
habere fidem. Sed male perdantur qui tuarũ littera/
rum tabellariis inſidiãtur: arbitrati quod ego certiſſi/

me credo argentū atq; aurū ſe furaturos ſi epiſtolas tuas accæperint:aurea nanq; verba ſcribis. Sed quid ego alios accuſem:quum tabellarii ipſi(quod veriſimilius eſſe pōt)reddere nolunt vt iubes litteras tuas? Itaq; quod vnū remediū eſt:illud non tacebo· Si cupis mihi reddi epiſtolas tuas:da eas hominibus qui ingeniū tuū ignorēt:& litterarū expertes ſint. Nam et iſtic maior tibi huiuſcemodi hominum copia q̄ doctorum eſt.

¶Epiſtolę argumentū

Tandē longū. Excitatus fuerat Themiſtius & irritatus ideo rigida ne et iratā ad Libaniū dedit epiſtolā cōuiciis plenā: cui nūc facete Libanius reſpondit dicēs ſe patiēter om̄ia ferre mō litteras Themiſtii legat.

¶Eidem

Excuſatoria.

TAndem longū ſilentiū rupimus:ſed in me dormientem canem excitaui. Quum enī loco ſcripſiſſem ſuſpicari me ne litteras tuas aureas arbitrati nō nulli tabellarii ſuſtuliſſent:epiſtolam cōuiciis plenam ad me dediſti quanq̄ ꝓ meo erga te amore verbera nedum maledicta æquo animo ex te pati poſſum. Aureas ego certe tuas exiſtimo litteras:cuius argumentū apertiſſimū eſſe poteſt: ꝙ eas q̄ ſæpiſſime efflagitaui. Verum ne multis verbis epiſtola tibi moleſta ſit:breui tibi perſuadeas:malle me abs te plenas furore accipere litteras q̄ nullas. Itaq; ſi aliter ad ſcribendū impelli nō potes:quotidianis litteris mihi maledicas. Nā ego ex eloquentia parua tantā capio voluptatem et maledictū facile contemnā.

¶Epiſtolę argumentū

Quia nō ſum neſcius. Duriſſimas patiebatur fere percontinuos octo dies febres que illū occidere nitebantur & eum ferme a lumine & vſu rationis alienauerē:idipſum ſuo amico ſignificat.

Libanius Damacho ſalutē

Lugūbris et febris narratiua.

QVia nō ſum neſcius qualiacunq; hic aguntur
velle te intelligere: conſtitui etiam quæ dolent
et vix alio ſcribēte dictata tibi ſignificare. Me
ſubita quædam febris ſupioribus diebus inuaſit: quę
per dies octo ne minimo quidē interuallo nō ſolū de/
ſeruit ſed ne diminuta quidem eſt: & tum macie: tum
pallore adeo me fœdauit: vt ſi me videas aut non eſſe
Libaniū aut mortuū me videre videaris. O dei ne ini
micis quidem ea ſupplicia quæ mihi fuerūt eſſe ſina/
tis. Ego deueneram vt neminē agnoſcerem: nullius
quęſtioni reſpōderem: neſciremq; vbi locorū eſſem.
Tandem adhibita eſt diligens cura: & que febris con
tinua fuit: quartana facta eſt. Verū ex medicorū teſti
monio etſi ſeruiſcule videor liberari poſſe: tamē mihi
periculi minus imminet. Hæc ad te ſcripſi: quoniam
rerū mearū ignorare nihil optas. Tu vero vale: quan
doquidē bona valitudo (quod credere ægrotanti poſ
ſis) diuitiis omnibus ante ferri debet.

Epiſtolę argumentū

Etſi etiā. Reſcripſit Damachus ſe vehementer turbari & dolere accipi
ens Libaniū in tantū tam ina ni correptū febri: cui amantiſſime nunc
reſpondet pręſenti epiſtola: dicēs etiā ſi nihil ſcripſiſſes ſcio quanti fer
res aduerſam meam valitudinem.

Eidem

ETſi etiā te nihil ſcribente perſuaſurus mihi fu
eram cōmunem tibi videri ægritudinē meā: ta
men gratiſſimæ mihi fuere litteræ tuæ: quan=
doquidē eis perlectis melius multo valere viſus ſum.
Nullum enim pharmacū ægrotanti præſentius eſſe
pōt: veri amici præſentia: quod quia cōtingere mihi

nõ potuit:in legendis litteris teipſũ adeſſe mihi ſum arbitratus. Sed vnũ mihi moleſtum eſt:ꝙ nimio dolore cruciaris:neqꝫ eni potes nõ dolentẽ dolere. Itaqꝫ fer æquiori animo ægritudinem meã: ne ad morbũ tuus dolor qui meus eſt accedat.

¶Epiſtolę argumentũ

Tandem quę. Hac lęta epiſtola Damachũ reddit certiorẽ affirmans ſe multis iam diebus ſine febri vixiſſe:ſperans vt medici voluntꝰ ſe liberari pœnitus.

¶Eidem

Epiſtola lætitię plena.

Tandem quæ tibi maximo gaudio futura ſunt ſcribere licet:multos dies ſine febre vixi:ſperaturqꝫ a medicis nihil præterea mali mihi fore. Cæterũ fingo me eſſe tibi præſentẽ:& te hũc nunciũ lætiſſimũ intueri quod mihi eſt maximæ voluptati. Neqꝫ enim ſum neſcius te et oſculo et frequenti et ſuauiſſimo hanc epiſtolã ꝓſecuturũ:quũ longas tuas lachrymas abſterſerit:& teipſum valere iuſſerit: quum meæ longæ valitudinis nunciũ attulerit. Quod vero vltimũ affert epiſtola huiuſmodi eſt:cupere me præter modũ vt huc venias. Quod ſi cõtingat nullus me fœlicior eſſe poterit. Optima

¶Epiſtolę argumentũ

Scio tanta. Cõmendaticia eſt:plura enim beneficia ab Egloſſio Libanius ſuſcepit vt etiã maiora vix petere audeat:tamẽ in illius ſingulari confiſus humanitate ad huc cõmendat Egloſſio Eugnomonẽ ipſiꝰ Libanii chariſſimum quem adiuuare dignetur.

¶Libanius Egloſſio ſalutẽ

Cõmendaticia.

Scio tanta eſſe merita erga me tua: vt potiꝰ de gratia referenda cogitandum mihi ſit:ꝙ noui aliquid abs te petendum. Non quia deeſſe aut facultatem plura præſtandi aut voluntatem ſuſpicer: Optima

ſed quia agnoſco humeros meos maiora onera ſuſtinere nō poſſe. Verum vt tuæ humanitati quæ modū neſcit morem geram: quę neceſſitas ſuadet audenter abs te contendam. Eugnomon eſt mihi multis excauſis chariſſimus: eiq; omnia quæ poſſum quæq; nō poſſum et debeo et obtuli. Habet is iſtic negocia nō admodū difficilia; ſi ei adeſſe volueris. Quapropter eū tibi magnopere cōmendo. Atq; vt intelligas q̄ te mihi curæ ſit huius vtilitas: ſi hoc mihi præſtiteris fatebor ex infinitis beneficiis quibus me affeciſti: nullum maius; nullum accæpiſſe gratius.

¶ Epiſtolę argumentū

Tam diu litteras. Pheranus Libanii amiciſſim⁹ tamdiu nullas ad Libaniū litteras dederat: vt illū Libanius vita defunctū omnīo putabat: tandē hortatur vt ſcribat; vel ſolus veniat: aut ipſe Libanius non ſine ſuo magno incomodo ad illum aduolare vult.

¶ Libanius Pherano ſalutē

Bona

Tam diu litteras expectaui: vt neq; expectare diutius audeam: neq; mittere ad te poſſum. Quippe q non iniuria ſuſpicor te vita functū: neq; ſcribere tuas: neq; meas poſſe litteras accipere. Tantū enim a micū obliuiſci nō poſſes: quum præſertim multæ fuerunt cauſæ quæ te ad ſcribendū adhortarentur. Sed quid ego differo Orpheū illū imitari: qui cithara mortuā Eurydicē in lucē reuocauit. Calliope mater mihi nō fuerit vt Orpheas victorias ſperare debeā: tamen vt longiſſimi victi compos euadā nihil debeo nō audere. Te igitur obſecro: vt tandē ſilentiū iſtud tuū diſſoluas: quādoquidem oīs mihi vita acerba et videtur et eſt: quia te abſente viuo. Non ignoras aūt ſola litterarū viciſſitudine diſiūctos lon

Excuſate
ria negli
tię in ſcr
bendo.

go locorum interuallo coniungi poſſe. Q̄ ſi hoc non impetro: ipſe nõ ſine maximo incõmodo: curſu enim vel pennis Dedaleis arte comparatis ad te veniã. Verum niſi omnino humanitatẽ exhorres: non ſines me tantũ oneris ſubire· Vale atque vt valere poſſim abs te nõ argentũ nõ aurũ peto· ¶ Epl'ę argumentũ

Neſcio gratuler. Dubitat ſecũ ad Beanũ ſuũ amiciſſimũ ſcribens qui maximos quoſdã adeptus fuit honores quos ęque ſibi atq; Beano cõtigiſſe opinatur propter mutuam & ſummam eorum amicitiam. Et eſt epiſtola de inuentione ſingulari.

¶ Libanius Beano ſalutẽ

Inſinuatio gratualtionis. Neſcio gratuler ne tibi an expectem potius vt mihi ipſe gratuleris ob honores maxĩos quos tua ſingulari virtute adęptus es· Nam ne veriſſima taceam vſq; adeo te ſemꝑ amaui: vt accidere tibi vni potuerit nihil. Quippe quum ex minima moleſtia quæ te oppreſſerit maximũ ego dolorem accæperim: & omnis voluptatis ita fuerim ꝑticeps vt pœne partẽ tibi nullã reliquiſſe videar. Sed et alia occurrit ratio: quare gratulari ipſe nõ debeam. Palam ſane eſt gratulatiões ea gratia fieri: vt nos ſecundis amicorũ rebus lætari oſtendamus· Porro nihil eſſe tibi certius poteſt: q̄ me etiã tuis honoribus fœliciſſimũ fieri: nedum lętũ. Reliquum eſt igit̃ vt hmõi honores præſtari tibi diutiſſime optẽ: vt quã voluptatem ingenio induſtriaq; mea aſſequi non poſſum eximia tua virtute aſequar. Optimã ¶ Epiſtolę argumentũ

Amici officio. Libani⁹ propter ĩnumera in ſe collata beneficia ab ipſo Philippo multa illi tenebatur: tũ quecunq; Libanius pro Philippo fecerat humaniſſime ille ſuſcępit et animo gratiſſimo quod vehementer Libanio placuit vnde ſe offert pro viribus etſi exiguis: omnia pro Philippo facturũ. Nã de Philippo mauult benęmereri q̄ viuere.

¶ Libanius P philippo ſalutē

Bona A Mici officio fungeris quum ea quæ coactus a meritis tuis facio a me humaniter fieri et ſentis et ſcribis· Ego vero quem fons tuæ humanitatis præterire neque debet: neq; poteſt: parua me tibi pręcepiſſe cognoſco. Cæterū ſi facultatis exiguitatem voluntatiſq; inextimabilē promptitudinem cōſideras: de me iure ita humaniter ſentis. Quippe bñ inſtitutæ mentis eſt: nō facultatem donantis inſpicere: ſed voluntatē. Verū vt agnoſcas quātum iſta tua humanitate profeceris: tibi perſuaſum velim me tibi magis obnoxiū eſſe qui parua noſtra beneficia grato accæperis aīo q̄ ipſe ob accæpta debeas. Siquid pręterea eſt quod expeti a me poſſit: iube: nam bene mereri de te malim q̄ viuere. Amicitiæ et familiaritatis plena

¶ Epiſtolę argumentū

Scribis ad me. Euraclius Libanii amantiſſim⁹ ſcripſit ad Libanium quomō Timodius quidā: ſe plurimū in tota vrbe iactare ſoleret φ Libaniū & omnes alios aduerſarios ita diſputando vicerit: vt nullo contradicēte ſe ſolū aliquid ſcire ex tanto doctiſſimorū virorū numero dicere auderet: quod multū diſplicuit Euraclio cui nunc Libanius reſpondit quid in hoc ſit faciendū: flocci faciendę ſunt nugę illius inanes.

¶ Libanius Euraclio ſalutē

Bona S Cribis ad me· Timodiū iactare conſueuiſſe: q me et omnes ſimul aduerſarios nō modo vicerit: ſed ita deterruerit vt ne vllo quidem repugnante ſe aliquid ſcire dicere vel vnus ex tanto numero audeat. Et quia nō ſine moleſtia hoc audire potes: ſcire ex me cupis: quid huiuſcemodi rumoribus vrbe tota vagantibus reſpondeas. Ego vt amiciciā fidēq; tuam plurimi facio: ita illius inanes nugas facile contemno. Etenim magni refert facias ne an aliquid di- Certificatiua facti.

cas. Necꝫ quicꝙ eſt: quis ſe vel ea cauſa qua victus pro
ſtratuſcꝫ eſt ſe victorē mētiri nō poſſit · Si apud eos
loquatur quibus tantundē eſt verum ac falſum dice/
re: quum veritatis neſcii etiam quæ falſiſſima ſunt ve
ra putent. Atcꝫ vt alios taceam: qui ſuperiores nedū
pares illi ſunt: ne victum fateri nō poſſunt: quum nul/
lo certamine contenderimus: niſi forte indignum ſua
grauitate putat mecū foram certare quē ſola argumē
torum cogitatiōe victū putat. Sed bono animo eſto
ſi enim congrediemur facto non verbo opus fuerit:
decꝫ victoria alios iudicantes audiemus: nō eam no:
bis (vt iſte fecit) arrogabimus. Plura ne ſcribam facit
ꝙ ſpero breui me fore iſtic vbi re nō verbis tibi oſten/
dam me eſſe veracem.

¶ Epiſtolę argumentū

Quereris. Orion audiuit ipſum Libaniū multis affectū & laceſſitum
cōtumeliis a quodā leniſſimo homine a quo ſe iure optimo defendere
potuiſſet. Et eam iniuriā Libanius non ſignificauit Orioni: quod Ori
on per epiſtolā valde cōquerebatur: ad quod nunc hanc reſponſiuā ſcri
pſit epiſtolā Libanius: dicens ſe delectari querela hac ipſius Orionis
quia argumentū eſt ſingularis ipſius Orionis amoris erga Libaniū.

¶ Libanius Orioni ſalutē

Excuſato/ria.

Q Vereris nihil me tibi renunciaſſe de contume=
liis quibus ab eo affectus ſum a quo per fas et
nefas defendi poſſe videbar: etiam ſi parētes
aut filios interemiſſem. Cæterū ne inficias eam: dele=
ctari me iſta tua querela. Nam amorem erga me tuū
multo ante hac exploriſſimū proximis litteris præ te
tuliſti. Cur enim hoc fore volebas niſi vt in hoc caſu
ferendo mihi ſocius magna ponderis parte humeros
leuares. Tū ideo me tacitū de ea re te celaſſe exiſtīes:

ne moleſtiam quæ mihi maxime fuit tibi imptirem.
Etenim quanq̄ amicicię norma ſimus: ſecundæ ſimu
let aduerſæ fortunę particeps eſſe cupis: tamen ſi fieri
poſſit vellē ego te a propriis curis abducere: nedum
in meas nō intrudere. Malimq; ego ſolus aduerſa oīa
quæ tibi euentura ſint ferre: q̄ voluptate q̄ maxima
frui te in minima etiā cura anxio. Cæterū vtriuſq; do
lorem atq; moleſtiā hoc lenire poteſt: ꝙ ea infamia
cōmunem nunciū inſecuta eſt vt grauiſſimas pœnas
vel hoc ipſo nobis daturus ſit. Tu vero vale: & ſi piæ
iuſtæq; preces aliquid merentur in omne tempus mo
leſtia careas.

¶ Epiſtolę argumentū

Dolerēt alii. Multas & longiſſimas ad Chrimulū Libanius dederat
litteras quibus nihil reſpondit: cui nunc quid de illius ſilentio & lōga
taciturnitate ſentit Libanius ſcribit. Et eſt epiſtola de ſingulari inuen
tione: vbi in primis hoc ſilentiū excuſare videtur quod multū alii ac/
cuſarūt: tandē aperte dicit ſe malle vita q̄ epiſtol' Chrimuli carere: etiā
qualeſcunque miſerit ille litteras.

¶ Libanius Chrimulo ſalutē

Optimā

Deſidera
ua reſpon

Dolerent alii expoſtularentq; tecū ꝙ accæptis
litteris et multis et longiſſimis nihil reſponde/
res. Ego ab hoc conſilio tantū abſum: vt iſto
tuo ſilentio nō ſolū non offendar: ſed etiam vehemē=
tiſſime gaudeā. Etenim mihi perſuadeo mearū po=
tius q̄ vitæ appetentiorem haud difficile in animum
tibi inducis me tantiſper ſcripturū dum voti compos
ſiam: Eſt enim natura compatum vt optatis diu tan=
dem potiri aut cupere deſinamus: aut lentius cupia/
mus. Tamen ne veritati refrager. moram in ſcriben/
do tuā hactenus probaui: deinceps non probamus.

Immo niſi ſcripſeris in grauiſſima atque acerbiſſima moleſtia futurus: quandoquidem ſine te acerba mihi eſt vita: ſine tuis litteris nulla eſſe omnino mihi poterit. Et ſi nullū habes reliquū ſcribendi argumentum maledictis me ꝓſequere: malo enim dum tua legam reprehendi ꝙ te ſilente ab omnibus laudari.

¶ Epiſtolę argumentū

Sebaſtianū doleſ. Doluit ꝙ Libaniꝰ cōtumeliis qbuſdā affecit ipm̄ Sebaſtianū ipm̄ Libaniū forte vtriuſcꝫ amicū. Reſpondet hic Libaniꝰ ſe potius iuſte q̄ inique feciſſe: ſi enī diligenter aīad uertere voles: potius in locū beneficii q̄ cōtumelię accipiendū putabis. Vtile eſt ab homine amico preſertim homiē aliquando reprehendi etiam propter nimium erratū: ne facile in poſterū delinquat.

¶ Libanius Hemo ſalutē

Excuſatoria.

SEbaſtianū doles a me cōtumeliis affectū: ego vero etſi nollem id tibi eſſe moleſtum: tamen iuſte potius q̄ crudeliter feciſſe hoc mihi videor: quū tu quocꝫ ſi diligenti ꝑſcrutatione vtaris: hoc beneficicii loco illi ducendū putabis. Conducit enim ab homine amico vel ob minimū ſcelus reprehendi: cauere nancꝫ ſic poſſem in poſterū. At ſiquis impune ſæpius peccat: fit vſus: & perinde acſi quod ſemel eſt aſſecutus ꝑpetuū habeat tandem grauiores pœnas dat. Cæterū ne ſis neſcius quantū apud me poſſit auctoritas: tibi perſuaſum velim nihil meæ erga illū beniuolentiæ diminutū: ſed aliquid potius auctū: ꝙ eū tibi adeo charum intelligo.

¶ Epiſtolę argumentū

Magis me tibi. Accilius Libanii amiciſſimꝰ maximi ęſtimabat quecuncꝫ Libanius ſibi fecit etiā minīa munuſcula: accęptiſſimo accępit Accilius animo: cui nūc Libanius ſcribit humaniſſime: dicēs magis ſe debere Accilio q̄ vnq̄ verbis exprimere poſſet ob id ꝙ ipſe Accilius adeo grato ſuſciperet animo & lætiſſimo ſua minima munuſcula.

¶ Libanius Accilio ſalutē

Amicitię plena.

MAgis me tibi debere et agnoſco et fateor q̄ vt

poſſim aut verbis conſequi: aut longiſſima cogitatio ne aſſequi: ꝙ munuſcula mea tam lęto animo hilariq́ʒ fronte ſuſcæperis cũ magna teſtificatione amoris erga me tui. Nam vt Detentius mihi rettulit: multis audientibus dixiſti viliſſima quæq́ʒ a me data omni theſauro precioſiora videri. Quum vero ſententiã tuam omnibus in rebus probem: in hoc certe non probo: ꝙ in litteris ꝓximis ad me datis tantas mihi grãs agas. Etenim tuæ in accipiendo tam leui munuſculo humanitati grato præſertim animo potiuſq̃ mihi gratię debentur.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quod petis. Ariſthenus Libanii amicus aliquid a Libanio de quo bene meritus erat magnis cõtendebat precibus: quod magis imperando conſequi q̃ rogando potuiſſet. Vnde Libanius pudenter hãc ſuſcæpit petitionẽ: pollicens ſe libentiſſime facturũ quæ Ariſthenus velit.

¶ Libanius Ariſtheno ſalutẽ

Optima

QVod petis et libenter facio: ꝙ tibi plus q̃ mihi ipſi debeo: & inuitus ꝙ ea rogas quæ imperare poſſis. Cęterũ caue deinceps: ne tanto nixu a me vel maxima contendas. Pudenti etenim viro et multis beneficiis obnoxio graue eſt: ſi videatur ad referendã gratiã rogatu et nõ ſponte accedere.

Certificatiua cũ oblatione ani obſequentiſſimi.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quũ ad me ſcribis. Quandã Libanii amicus ſui ingenii craſſitudinẽ et nullũ in dicendo exercitiũ excuſabat: cui Libanius orationes oratoris Demoſthenis in mutuũ accõmodauerat q̃s diu retentas ab eodem repetit ſub quadam verborum ambage.

¶ Libanius amico ſalutẽ

Quum ad me ſcribis et ingenii ruditatem: et vſũ tibi eſſe in dicendo nullum excuſas. Ego vero haud falſum dicere poſſũ. Demoſthenis orationes tuas videri. Porro ſiquis hæc mihi dicenti re-

Inaccuſatiua.

clamaret aut dono aut precio tuas eſſe:eum cõtinuo mendacii conuincerem. Quas enim oratiões mea pecunia emptas tibi accõmodauerim quis niſi mente captus aut eminiſſe te aut dono accæpiſſe vere dixerit? Sed ne ſemper ænigmata loqui me facias: redde tandem orationes quæ tam diu a domino abeſſe queruntur.

¶ Epiſtolę argumentũ

Nunq̃ deſinis. Geneſius plurimis iniuriis indeſinenter Libaniũ laceſſebat: idipm tamẽ Libani⁹ multũ humanit̃ ferebat aĩ multoꝝ admiratiõe: tandẽ illi cõſulit vt ceſſet: ne diuturnã clementiã ĩ irã iuſtã vertat

¶ Libanius Geneſio ſalutẽ

nnectiua el mina/ oria.

NVnq̃ deſinis me laceſſere vt in te ſcribã: ego vero in te indies humanior fieri videor: ꝙ his qui mihi temeritatem tuã ſignificant ſemp̃ non ſine eorũ admiratione perinde reſpondeo ac ſi te mearũ laudum præconẽ eſſe rettulliſſent. Tu ea re tumeſcere videris ꝙ q̃ ſapienter facias alii viderint tuq; ſenſeris. Etenim tibi timendũ eſt ne diuturna benignitas mea iniuſtũ furorẽ vertat̃.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quę nõ feceris ꝙ. Quę Libanius ex Cylodio petiuerat Cylodius qui de Libanio fuit maxime benemeritus ea nõ fecit quorũ excuſationẽ afferebat cur non feciſſet: cui reſcribit Libanius dicens ſe ęquo tuliſſe animo ꝙ ille nõ fecerit quæ Libani⁹ petierat. ſed excuſationẽ nõ accępit Libanius quã ille adduxit propter ea quæ in textu ponit: ingentia id beneficia prę ſtiterunt quæ in Libaniũ Cylodius contulit.

¶ Libanius Cylidio ſalutem

Magnipẽ/ la benefi orũ accæ orum.

QVæ nõ feceris ꝙ abs te maximo ſtudio cõtenderã æquo aĩo fero. Excuſationẽ vero q̃ vſus es nõ accipio: licitũ enĩ tibi eſt a me ĩpetrare quæ vel̃ et nõ p̃ſtare mihi quæ nol̃ etſi quę veriſſima ſũt dicẽtẽ pati vel̃ pl⁹ tibi debeo negãti q̃ petita p̃ſtanti. Nã me tuis meritis tibi ita deuinxiſti vt ſuſtinere maiora Optima

beneficia nō poſſum. Porro ſiquid eſt quod expeti ā me poſſit: mihi imperes. Quod ſi feceris bñficio maximo demeritus me fueris: quid enim gratius: q̄d optatius contingere mihi poſſit: q̄ reſpondere tuorū erga me meritorū particulę.

¶ Epiſtolę argumentū

Quū ad te. Ad Acribiū fere quottidie litteras dabat: tamē ille ſemp nouas petebat: cur id facit affert. Et quia mlta m ala & feda vulga bant de Acribio ideo dura quedā ad Acribiū emēdandū Libanius ſcripſit a vitiis deterrendo ad virtutes deniq; hortando: debet enim amicus amicum commouere: non illi adulari et aſſentari vbi res exigit. Eſt hæc epiſtola pulcherrima.

¶ Libanius Acribio ſalutem

Optima

Quum ad te quotidie ſcribā: nō deſinis nouas a me litteras petere. Hoc aūt fieri ſuſpicor aut quia quæ ſcripſimus nō placent: et quod placeat ſcribi aliquid velis: aut quia amiciſſimi litteris legendi voluptate q̄ maxima afficeris. Porro ne veritati repugnē: nō nulla me ſcripſiſſe fateor: quibus damnari mores tui videbant̄. Etenim quū multi de te mihi quotidie et ſcriberent et loquerentur quæ ne de inimiciſſimo quidem diſſipari vellem: nō potui te nō cōmonefacere: a vitiiſq; dehortari deniq; ad virtutis ſtudiū. Sed hæc vt amico animo facta ſunt ita ferri facile debēt. Aſſentatiōes nanq; vera amicicia reſpuit. Q. ſi denuo me ſcribere optas: vt voluptas augeat̄: quā ex noſtris litteris accæpiſti: laudo conſilium: quodq; optas fiet. Et ea quidē his litteris cōmiſſa ſunt: quib⁹ lætari abunde poſſis. Audiui ex multis quaſi vno ore loq̄ntibus et ita mores emēdaſſe tuos vt laudari ſatis nō poſſis: & pfecto quæ de te laudes circunferuntur præteritā infamiam nō modo ſupauerūt ſed extinxe

Monitoria et hortatoria.

runt pœnitus. Mane igitur in ſententia: vt tibi laudẽ compares in dies maiorem: & amicos quorũ ego poſtremus nõ ſum voluptate afficias·

¶ Epiſtolę argumentũ

Parua vt ſcripſiſti. Alridanius quodã ſuo iudicio parua munera Libanio miſit quæ Libanio magna videbantur: vnde hic illi reſcribendo: dicit quę tu parua dicis mihi oblata munuſcula: illa ego magnifacio: tibi danti parua propter magnanimitatẽ tuã mihi vero accipienti magna quia exigua mea in te merita non meruere: videntur.

¶ Libanius Alridanio ſalutẽ

Ampliatia accępti muneris.

PArua vt ſcripſiſti mũera a te accępi: vt ego ſẽtio maxima. Poteſt aũt vtriuſq; vera eſſe ſententia: nam ſi donantis magnanimitas conſideretur parua hæc fuerunt: quum dare maiora cupias. Ceterũ tantã amplitudinẽ exigua merita mea ſuſtinere nõ poſſunt: pro his paruas tibi gratias ago: ſi enim maximas dixero mentiar. Nihil enim meritis tuis: par vel dicere: vel cogitare poſſum.

Bonã

¶ Epiſtolę argumentũ

Sero accępta vxore. Alridanius poſt primã vxorẽ defunctã vñ ceptos genuerat liberos cũ Libanio ſæpe deliberabat ſi alterã ducturus eſſet: Libanius diſuadebat: tandẽ ille alterã accępit vxorẽ: vnde Libanius hic ſe excuſat q ſero & tarde illi cõgaudet & lætetur de accępta vxore Cur autem id tarde fecerit rationẽ aſſignat. Et eſt epiſtola ſingulari induſtria confecta: poſthac laudat factum.

¶ Eidem

Pulchra.

Gratulatoria.

SEro accæpta vxore tibi gratulor: ſed gratulationis tarditatem metus nõ negligentia effecit. Veritus enim ſum ne ſi iniuſte gratularer etiam præter animi mei ſententiã aliquid ſcribere viderer vel imprudentem vel aſſentatorem me diceres. Quotieſcunq; enim mecũ de vxore capienda verba feciſti omnibus ingenii viribus animũ tuũ a re vxoria

diſtrahere conatus ſum: nō quia cōnubiū naturā malum; ſed quia tibi malū ex prima vxore filios habenti incōmodūq; fore videretur. Nunc licet ſero tibi gratulor: quod feciſti approbans. Etenim in iſta vxore capienda non diuiciarum non formæ ſed pudicitiæ modeſtiæq; ratione͂ habuiſti. Vnde fit ne minus putem bene futurū eſſe libris tuis: q̃ eis timebam ſi aliis moribus diuerſoq; ingenio vxore͂ duxiſſes. Erit hæc certe nō ſolum (quod raro accidere ſolet) pia nouerca; ſed mater optima. Sed illud perſuaſum tibi velim vt præſente vxore ꝑſępe filiis blandiare: eidemq; abſentes illos cōmendes. Contra filiis imperes: vt eā materna reuerentia ꝓſequantur. Ita fiet vt amor cū ætate cumulet̃; miraq; ſit in vtroſq; cōcordia. Et hęc quidem ita ſe habent. Caliches quem mihi cōmendaſti q̃ me omnibus in rebus officioſum paratumq; habuerit tibi abunde declarabit.

¶ Epiſtolæ argumentū

Ad te quod nullas. Petiuerat quippiā faciendū Libanius a Phęnicio et id effecit ſtudioſiſſime Phęnicius: poſthac nullas accępit Phænici⁹ lrās a Libanio quib⁹ egiſſet grās Libani⁹: de q̄ nūc pulchre excuſat.

¶ Libanius Phœnicio ſalute͂

AD te quod nullas litteras dederim poſtq̃ ea Excuſatio

Bona a effeciſti quæ accuratiſſime abs te efflagitarem ingratum me fortaſſe putas: & accæpi immemore͂ beneficii: quibus duobus nihil minus in me cōperias. Sed ne huiuſmodi ſententię ſis: qua ratione a ſcribendo vacauerim continuo ſubiūgā. Sophiſtam me eſſe nō ignoras; cui verborum inopia non eſt: hoc autem hominū genus infamia quædam ſequitur: ꝙ

verbis quidem grati:re aũt ipſa minime eſſe conſue=
uerunt. Ne ergo tanto beneficio quantum abs te ac=
cæpi verba duntaxat reddere velle putares:ſcripſi ha
ctenus ad te nihil: expectans vt par beneficiũ redde=
rem. Sed quia nihil accidit in quo volũtatem meã ex
periri poſſis; ſilentiũ rumpere cõſtitui. Itaq; te rogo:
vt in rebus tibi chariſſimis voluntatem meã experiri
poſſis: meã operã exigas. Quod ſi facias neq; abſen/
tem quæres; neq; fruſtra vocabis.

¶ Epiſtolę argumentũ

Magnopere te. Audiuit Ruffinus atrociter multos leues homĩes & honori & famę Libanii detrahere quod illi multũ diſplicuit ſcripſit ad Libaniũ quid illis nebulonibus reſpondere deberet: cui hic reſpon/det vt patientiã ferat: horũ enĩ hominũ floccipendenda eſt detractatio qui laudando plus dedecoris afferre q̃ vitupando glię auferre queant

¶ Libanius Ruffino ſalutẽ

cõſulatia. MAgnopere te offendunt homines ꝙ paſſim in Optima
iuſte mihi detrahere vides. Ideoq; petis quid
eis reſponſum velim: quoq; argumento inhi=
beri eorũ temeritas poſſit. Habeo tibi gratias: ꝙ ho
nori meo bene cõſultum velis. Sed bono animo eſto.
Illi enim ſuis maledictis gloriã mihi potius q̃ infamiã
cõciliant. Quum enim huiuſmodi homines omni vir
tute carentes: et vitiis omnibus affluentes et ſint et vi
deanť; neq; benedicentes prodeſſe; neq; obeſſe mihi
detrahẽtes poſſunt: vt enĩ ab eis in me ꝓferre laudes
dedec⁹ afferrẽt ꝙ eis ſimilis viderer a q̃bus laudarer:
ita quã mihi infamiã cõciliare nituntur quũ eos men
tiri intelligant gloriã afferant. Verũ vt eorũ naturę et
cõſuetudini contrariũ nihil cupias: hoc habe in votis
ne mihi cæteriſq; detrahere vnq̃ deſinant.

¶ Epiſtolę argumentū

Audio te. Diamus in arte dicendi perpulchre a Libanio eruditus fu‑
erat ꝑ paucula mercede quā dederat: ingratū erga ſuū pręceptorē ſeſe
exhibuerat: oſtentans ſe quā dicendi artē haberet ſuo conſecutū inge‑
nio nō ꝑceptoris eruditione: quod hic plurimū incuſat & damnat Li‑
banius ingratitudinis reū magnę illū faciens: in quod vitiū pleriq; in‑
gratiſſimi diſcipuli incurrunt quo flagitio nullum maius.

¶ Libanius Diamo ſalutē

Optima A Vdio te nō ſolū nullā gratificandi laboribus Oſtenſiua
noſtris voluntatē præ te ferre: verum etiā ore odioſę igra
ingratiſſimo paſſim diſſipare quā dicendi fa‑ titudinis.
cultatem aſſecutus es tuo potius ingenio q̃ mea eru‑
ditione eam eſſe cōſecutū. Sed vide ne hoc ipſum te
omnino ingenio carente oſtendat: quandoquidē di‑
cis quæ vel exiſtimari ſtulta nedum falſa poſſunt. Si Ingratitu‑ do.
enim tantū tribuas tuo ingenio: cur ad me relictis pa
rentibus et patria confugiſti? quum mea præceptiōe
vſus es? Quid opus fuit me ꝑſente toties declamare?
Quorſum data mihi præmia? Noui quę ſit huius tuę
ſententiæ ratio: quum videaris merita mea minime
ęquaſſe ea quam dediſti mercedem: iuſtam infamiā
iniuſta ingratitudine quæris effugere. Caue aūt ne in
cæteris hoc facias: apertas enim ingratitudines oēs
oderunt: quanq̃ te hominē imprudentiſſimū nihil de
terere aut flectere poſſe videatur.

¶ Epiſtolę argumentū

Baſſus atq;. Cōmendat Eumedio duos fratres valde diſpares moribꝰ
doctrina & vita: et vterq; ſperabat ſe litteris cōmendaticiis omnia quę
vellet ab Eumedio conſequi: alterū tamē plus altero cōmendat. Et cer‑
tior fieri petit Libaniꝰ ꝑ lrās qd in hac re Eumediꝰ egerit ꝑ his fribus.

¶ Libanius Eumedio ſalutē

Bona B Aſſus atq; Auritus fratres quidem ſunt: mori‑ Cōmenda‑
bus tamen apprime diſſimiles: ita vt qui eos ticia.

nō nouerit nō modo diuerſorū parentū:ſed diuerſa/
rum regionum eos fuiſſet putet· Qui nouerit:credere
certe difficilime poſſet. Doctus eſt alter et ingenii et
linguæ et aſpectus et orationis et amicorū et humani
tatis copia beatus. Alter his omnibus diſtitutus:mul
ta habet quibus carere ſatius eſſet. Vterq; ſperat me
cōmendatiōe mea abs te quæ velit impetrare omīa.
Ego vero ex eis alterum tibi maxime cōmendo. Sed
quiſnā dices hic eſt:cui operā meā pollicear.nō expe
ctet prudentia tua neq; poſtulet vt notiſſima aperiā·
Hoc enim vſq; adeo per ſe patet vt Oedipi coniectu
ra opus non ſit. Ipſi videris vter ſit et mea cōmenda
tiōe et beneficio tuo dignior. Atque ſi forte ſcire hu=
ius mei cōſilii cauſam cupias cōtinuo liberabo te hoc
onere. Hoc facere placuit quum ambo ſimul litteras
meas petierint:quas pro cōſuetudine mea negare nō
poſſum:vno ergo tempore et eis et meæ voluntati ita
factum eſt ſatis. Tu quid ægeris cupio abs te per lit
teras ſignificari.

¶ Epiſtolę argumentū

Neſcio vnq̄. Sicut vtrunq; fratrē Baſſum & Auritū Eumedio Libani
us cōmendarat ita Eumedius fecit:cui hic Libanꝰ quanti factū ipſiꝰ
Eumedii ęſtimat nūc reſcribendo declarat: quia nihil dulciꝰ et iucūdiꝰ
vel lætius ſibi euenire potuit q̄ id quod Eumedius vtriq; fecit fratri q̄s
ſibi cōmendauit. Tandē aliū quendā Andromachū nomīe ſibi magno
pere commendat. Et eſt optima epiſtola.

¶ Eidem Optimā

Neſcio an vnq̄ dulcius atque iucundius aliquid
legerim epiſtola tuo nomīe mihi reddita. Ea
quippe et prudentiā mihi tuā prę ſe tulit:et amicitiā:
et fidē erga me ſingularē. Qꝫ aūt baſſo omnia pręſti=
teris quæ ei opus fuere· Auritum (vt par fuit) vel con=

tempſeris vel fefelleris res eſt profecto mihi vita ipſa charior. Etenim illi morte mea illius vitam redime= re;huic adimi vitam facilime paterer. Nam ꝙ mira/ ris eos quum fratres ſint tanta morū differentia ſeꝑa ri:nō eſt ꝙ mireris. Vt enim omittā idipſum in equis canibus cæteriſqꝫ animātibus vſu venire:diuerſos mo res affert diuerſa hominū cōſuetudo· Et ſane impro/ bus vnus bonos decem facilius corrumpit: q̄ decem boni improbū vnū ad bene viuendū poſſint allicere. Sed ne in re aperta diutius immorer Andromachum athenienſem mihi inprimis charum tibi vehementer cōmendo· Qꝫ ſi cōmendationes meas tam frequen= tes admiraris: tibi ꝑſuaſum velim id eſſe conſtantis beniuolentiæ argumentū . Ab inimicis enim atqꝫ ab his qui nō habent chariſſimi:petimus nihil· Ad hoc accedit ꝙ quāto plura et maiora abs te beneficia hæc peto atqꝫ impetro:tanto magis debere tibi cupio. Vn̄ et maxīa et difficilima imperare mihi poſſe videris. Quod ſi facies:tuā de me opinionē atqꝫ ſpem ſuꝑabo

¶ Epiſtolę argumentū

Vſqꝫ adeo. Petiuerat quiddā Rhinotheus a Libanio nimis accurate et cū quadā animi diffidentia qui de Libanio in multis benemeritus fuerat quē hic amice arguit huius puſillę & diffidentis petitionis:ad/ hortans vt poſthac hoc nō committat:verum vno verbo dicat ſcribatqꝫ quid volet & factum putabit.

¶ Libanius Rhinotheo ſalutē

Pulchra — Argutina diffidētię.

VSqꝫ adeo mihi diffidis:vt quæ minima ſunt a me petiturus lōgiſſimo vtaris exordio. Hęcci ne ſpes eſt quam de me concæpiſti? Hanc mihi de te ſpem ꝓponis? Nam qui parum cōfidere ſe mihi oſtē dit aperte me admonitum reddere videtur: ne ei ve= hementer cōfidam. Sed placet hoc ipſū ad modeſtiā

potius referre· Curabo quę mihi mādaſti diligenter.
Præterea quantū ingenio induſtria atq; amicis aſſe/
qui potero: dabo operam vt plura impetres q̃ petie=
ris. Nam ſi pro te maxima quæq; fecero ne minimæ
quidem meritorū erga me tuorū particulæ relata gra
tia fuerit. Sed ī poſterū caue ne tam accuratæ aliquē
mihi cōmendes: qñquidē ſatis mihi futurum eſt ſi vel
minima coniectura animi tui ſententiam conſequar.

¶ Epiſtolę argumentū

Rediens ex caſtris. Polichermus bello intererat & preliando ī hoſtiū
manus incidens lętaliter vulneratus: & occiſus ab his fuiſſet niſi Arō
cius vir ſtrenuus illi ſuccurriſſet nudo gladio & haſta magnaq; pugnā
dī agilitate & peritia hunc de manibus hoſtiū redemiſſet: qui ſic illius
ſtrēnua militia liberatus etſi ad mortē fere ſauciatus ex bello redierat
omia quę Aroncius illi pręſtiterat Libanio narrauerat. Vnde Liba
nius cōgratulans cō cinnā hāc epl'am Aroncio mittit extollēdo factū

¶ Libanius Arontio ſalutē

Gratulatoria. REdiens ex caſtris Polichermus ad mortē ſau/ Optima
cius ea mihi de te ſignificauit quæ et laude ſin
gulari et ſēpiterna memoria digna eſſe iudico. Quū
enim ſolus ipſe a multis oppugnaretur: & iam defeſ=
ſus de ſe ſpem nullam reliquam haberet: accurriſti vel
aduolaſti potius et te ſtrictis enſibus obieciſti tuis vi=
ribus: tua magnanimitate: induſtria: peritia: agilitate
alios quidem vulnerās; alios morte afficiens: in fugā
reliquos cōuertēs. Itaq; ex præſentiſſimo mortis pi/
culo hoīem vēdicaſti. Porro Polychermus quū hoc
mihi referret et piculi et vulnerū p̄ gaudio oblit⁹ vide
bat̃. Ego v̄o apte hoc ip̄m tibi q̃ Polychermo grati⁹
debere eē arbitror. Ille ei vite dilaciūculā tuā bñficio

impetrauit:tu vero in eo defendendo et omniũ eius ꝓpinquorũ et ciuitatis vniuerſæ tibi beniuolentiam conciliaſti:& optimã quandã atque certiſſimam ad nominis atq̃ glorię immortalitatem viam aperuiſti. Quod ergo ad me attinet magnas tibi ago grãs:ꝙ homini mihi chariſſimo tantũ beneficii præſtiteris. Tibi vero plurimũ gratulor:cui tam excellens gloria contigerit:quã ne longiſſima quidem ſæculorũ ſeries obſcurare poterit. Neq̃ vero ob iſtam laudem ſuperbior factus ſcribendi officiũ et conſuetudinẽ intermiſſam velis:ne quod in amicitia raro cõtingere ſolet alterũ amicig audiũ merorẽ alterũ præbeat. Ego ſine tuis litteris ne vitã quidẽ ipſã iucundã mihi eſſe puto.

¶ Epiſtolę argumentũ

Perſępe litteras. Theophir⁹ magnope litteras a Libanio petebat cui⁹ deſiderio tenebatur: declarans hoc vnicũ fore remediũ abſentiũ amicorũ quo illorũ abſentia:mutua litterarũ viciſſitudinẽ leniat:cui nunc Libanius ingenioſe reſpondit illũ tandẽ hortans vt non tantũ litteras a Libanio expectat ſed crebro miſſis litteris etiã reſpondeat.

¶ Libanius Theophoro ſalutẽ

Perſæpe litteras a me petis:quod nimirũ beniuolentiã erga me tuam ſignificare videtur:qñ enim mutuo et cõgreſſu et cõſpectu prohibemur litteris colloq nos decere putas:quæ vna res moleſtam amicorũ abſentiã lenit atq̃ recreat. In hoc cõſiliũ tuũ maxime laudo. Vnũ tñ eſt quod non ſine reprehenſione feciſſe videris:nouas vt quotidie litteras efflagitans ſcriptis a me tibiq̃ redditis nihil reſpondiſti. Quare fit vt:quod in ꝓuerbio dicitur:fruſtra cũ ſurdo res agi videatur. Quid enim eſſe mihi voluptatis poteſt:ſi diu te allocutus ſum:nihilq̃ ipſe reſpõde

Expoſitiua officii litterarũ et hortatiã ad reſpondendũ

as ſed ad plura loquendum me cohortaris. Quapro=
pter ſi vis impetrare quę cupis effice ipe quod debes:
& noua ſcribendi argumenta tuę mihi litteræ afferāt.
Deſideriū nanq̧ tuū: quo mihi exploratius eſt nihil:
nō opus eſt vt mihi quotidianis litteris apias; ſed po
tius aliquando meis morē geras. Miniæ enim voraci/
tatis et ingratitudinis eſt: quum multa et petieris ab
amico et impetraueris; nulla præſtare: ſed potius alia
denuo exigere; Plura in hoc genere ſcriberem niſi tua
ſponte ſatis intelligere poſſis et officii tui eſſe et meæ
voluntatis: vt accęptis a me litteris reſpondeas.

¶ Epiſtolę argumentū

Quū in Ciliciā. Theodoxus amantiſſim⁹ Libanii in Ciliciā pficiſce/
batur de quo gratulabat Libanius quia ſperabat ipſius Theodoxū in
de ex Cilicia reportaturū ſi illic bene pręſideret magnā laudē: vñ mul/
tos Theodoxo cōmendabat quibus adeſſe conſilio & auxilio illum in
primis rogat. Et eſt valde ingenioſa cōmendaticia epiſtola.

¶ Libanius Theodoxo ſalutē

Cōmenda/ticia. Q Vum in Ciliciam profectus eſſes; ſum tibi vt Optimā
par erat gratulatus: quandoquidē pro tua ſin
gulari prudentia futurū pſpiciebam vt inde magnā
laudē gloriāq̧ referres. Nūc ſi de re videro mihi quoq̧
eſſe gratulandū: q vir mei amantiſſimus Cilicię impe
ret. Quippe quaſi ego Libanius eſſe deſinerē Theo=
doxuſq̧ ſim: omnes quibus in Cilicia negocii aliquid
eſt ad me veniunt: ſuas cauſas mihi cōmendant: orāt
vt ſui miſerear. Quantoq̧ magis nego eſſe mihi po/
teſtatem quæ volunt faciendi: tanto inſtant vrgentq̧
vehementius; optime ſe tenere dicentes, quanti me fa
cias. Itaq̧ frequentes cōmendationes meas odiſſe nō
debes. Et nunc quidem Clearchum optimi parentis

filium: magno ingenio iuuenē: & mihi inprimis chařum tibi maxime cōmendo. Quæ ei præſtiteris mihi præſtitiſſe puta: nollem enim mihi melius q̄ illi. Et ne apud hominem ingratū beneficiū collocare videaris: hoc mihi minime prætermittendū puto: conſueuiſſe hunc minima amicorū beneficia maxima ducere: ſua vero: quū vel maxima et aptiſſima ſint: nulla exiſtimare: indieſq; cumulatiorem gratiam referre conſueuiſſe.

¶ Epiſtolę argumentū

Vtinā ignotus. Eulicius ſenior natu cū minori natu fratre in tantam venit diſcordiā vt armis alter alterū laceſſere & inquietare tētauit: q̄d quū audiſſet Libanius maiorē in modū indoluit ſcribens ad ſeniorem fratrē Euliciū dicit: aut te mihi ignotū vellē: aut nūq̄ te nouiſſem quia tantopere non dolerē: aut mea honeſtiſſima amplecteretis conſilia: profecto q̄ tu & frater tuꝰ inceptaſtis minie vos ornant verū perpetuam et inſignē infamię notā inurūt: vñ meā te velim audire cōſultationem.

¶ Libanius Eulicio ſalutē

Optima

VTinam ignotus mihi eſſes: at mihi liceret quę honeſtiſſime cupio tibi perſuadere. Si eni primū contigiſſet: nō mihi tāto dolore eſſes. Alterum ſi contingeret quā moleſtiam ex te capio facile vel depelleres vel mitigares. Sperans tamen conſiliis te meis audiētem fore: has litteras amoris mei teſtes ſcribere conſtitui. Cum fratre tibi cōtrouerſiā eſſe audio: talemq; vt a verbis ad arma vtrunq; pepulerit inſanus furor. Porro que infamia tam indignū facinus ſecuta ſit coniicere hinc potes: ꝙ ego ipſe qui pro te in mille mortis diſcrimina conferre me cōſueui ne verbum quidem hoc veſtrū facinus accuſantibus reſpondere audeo. Præterea quæ nulla ſatis honeſta ratio occurrit qua vos protegam. Quid enim fratribus ex

Fraterni diſcidii accuſatiua.

eodem patre matreq; eadem genitis aut amãtius aut coniunctus eſſe debet? Porro vt cęteris hoc licuiſſe p mittatur: vobis licuiſſe nõ poteſt; quibus pater ſapientiſſimus fuerit qui conſueuerit nõ modo cõtentiones diſſoluere verum etiã ardẽtes belli faces extinguere. Illud certe ſpectandum eſſe videtur: quod dolenter circunferre audio quotidie: te vt fratrem annis: ita ſuperare imprudentia temeritateq; videri. En quo te rapuit cæcus furor? Quo tua illa modeſtia abiit? quę videbatur deorum atque hominũ furores ferre poſſe. An ignoras iſtam veſtram diſſenſionẽ nõminus inimicis gratam q̃ moleſtã atq; acerbiſſimã amicis eſſe? Quis præterea ſperat te ſibi conſtantem fore in amicitia: quum fraterni et optimũ quidem frater oderis? Reprime ergo furorem: iracundiã cohibe: & quę vis ſit fratrem nominis cogita: & quod facilime fieri potuerit maxima vitæ coniunctione in laudem infamiam hanc conuerte. Quod ſi feceris: & me tibi recte cõſuluiſſe et te conſiliis meis prudenter auſcultaſſe noueris.

¶Epiſtolę argumentũ

Magiſq̃ vel Cõmendarat Corhebo Libanius ſuũ eximiũ amicũ Rufinum: cui Corhebus omnia q̃ ille optabat humaniſſime exhibuit et fecit: ideo ingentes Corhebo gratias Libanius agit: et ſibi factum putat quod illi præſtitit.

¶Libanius Corhebo ſalutẽ

Gratiarũ actiua. M Agis q̃ vel ego explicare poſſem vel tu credere: delectauere me litteræ tuæ: ſero quidem ſcriptæ: ſed grauitate: elegantia: fide amore Pulchra

pleniſſimæ. Et his certior factus ſum quid ægeris in cauſa Ruffini: quem tibi accurate cōmendauerā. Certe hoc veriſſimū exiſtimare et potes et debes: nō potuiſſe me hoc tempore aut gratius aut optatius accipere beneficiū. Eſt enim: vt tibi dixi: Ruffinus meipo mihi charior. Quūqꝫ eius ingeniū et doctrinæ excellentia morūqꝫ ſuauitas. omniū beniuolentiam mereri poſſit magna illius erga me merita me cogunt vt quę poſſem ei præſtem. quæ non poſſum ardentiſſime tamen cupiam. Tibi itaqꝫ et Ruffini et meo nomine maximas habeo gratias. Atqꝫ ne de illo tibi minus q̄ de me tibi pollicear: duos tibi hoc beneficio deuinctos ſcito. Qui tum maximā tibi gratiam rettulerint: quū demū ſe maxime meritis tuis obligatos et ſentient et prædicabunt.

¶ Epiſtolę argumentū

Ex Bithynia. Iphiarchus præſes in prouincia Bithynia erat: Libanii amicus nihil vnq̄ litterarū ad Libaniū miſit a quo plurimas accæpit: Vnde ſubaccuſat Iphiarchū ꝙ nihil ſcribat amicis: hortatur tandem vt litteras ſuas mittat quibus nihil ſibi accidere queat accæptius.

¶ Labanius Iphiarcho ſalutē

Pulchrá (e)X Bithynia quicunqꝫ ad nos proficiſcunt̃ nobis de te multa renunciant. Tu contra de nobis audire nihil ſoles ab eis q ad te a nobis cōcedūt. Hoc quid ſit ipſe videris: Ego certe ea omnia ideo nobis contingere arbitror: ꝙ tuo deſiderio coactus nullum prætereo: qui te vel nouerit vel viderit quē de valitudine tua nō perconter. Cæterum ꝙ de me nihil audias: cauſa fortaſſe eſt: ꝙ nihil petis. Potes etiam nihil petens quid mihi abs te abſenti boni maliue accidat intelligere: quum Apollo tibi rerum occultarum Incuſatio.

interpres maxime familiaris ſit · Sed fortaſſe litteris agendum potius exiſtimas q̃ nunciis: hoc laudo: niſi tamen laborioſior tibi futurus ſit calamꝰ q̃ lingua. Soles enim amicis litteras tuas quærentibus dicere nihil magis laborioſum tibi videri in tanto rerũ agendarũ numero: q̃ ſcribendis litteris operam dare. Verũ fortaſſe vt in te amãdo modũ omnẽ excedo: ita (vt pareſſe videtur) amicitiæ noſtræ aliquanto plus dabis q̃ cæteris cõſueueris. Itaq; litteris tuas: quibus te mihi dulcius eſſe nihil poteſt: concede vt intueri mihi liceat: et omnia quæ iſtic aguntur digna hominum auribus mihi ſignifica·

¶ Epiſtolę argumentũ

In omnibꝰ rebus. Theognetus quę potuit omĩa prẹſtitit Luciano quẽ Libanius Theogneto accurate cõmendarat: cui nunc Libaniꝰ ingentes agit gratias. Etſi vtriq; pręſtanti & accipiẽti beneficiũ grãs referre vel ſaltem habere deberet.

¶ Libanius Theogneto ſalutem

Gratiarũ [...]iua.

IN oĩbus rebus q̃ Luciano præſto fuiſti quæ abs te præſtari potuere: eſt mihi admodum gratũ. Dignas enim eſt: in quo maximũ beneficium: collocaueris: porro tui magis gratulor: illi q̃ bñficiũ acceperit an tibi qui beneficum pręſtiteris: nõ video. Ille enim ne veritati repugnem maxima cõmoda: tua opera eſt conſecutus: tu vero in præſtando beneficio nullo tempore interiturã gloriam adeptus es. Quare quum vtriq; gratulari poſſim: tibi maximas habeo gratias. Pulchra

¶ Epiſtolę argumentũ

Vide quanti te. Quanti Lynochũ Libaniꝰ extimat declarat per hęc q̃ ante Bythiniã terrã vituperio affecit quo tunc habundabat. Hãc Lynocho præſide poſt hac laudibus extollebat quo rectore cuncta exploſe videbantur vitia: & incõſtantię ſe excuſat: petit: deniq; ſe a Lynocho adamari quem vnice amat.

¶ Libanius Lynocho ſalutē

Excellens

VIde quanti te faciam: quum vt Bithyniæ nomen mihi propter grauiſſimas iniurias inde accęptas moleſtiſſimū ſit: tamen quia ei præſides iam Bithyniæ et nomen: & mœnia: et domus: et mores: & homines maxime diligo. Cuiusrei teſtimonium perhibere poterit ſermo quem a me triduo compoſitum Eutropius ad te detulit. Tu vero in eo non verborum copiam nō grauitatē ſententiarū nō inuentionis acumen: ſed meæ ſententiæ mutationem conſidera atq; mirare: quandoquidem inimiciſſimus in ea laudanda amiciſſimos quoq; ſuperaui. Neque præter opinionē exiſtimes ſcriptū a me aliquid eſſe. Si quis quærat q̄ cōueniat conſtantē hominē quod prius vituperauerit laudare: hoc ei reſponſum velim: poſſe idem diuerſo tempore vere tamen et laudari et vitup̱ari. Damnaui Bithyniam quum in ea plurima digna reprehenſione intuerer: laudo nūc et dignam laude iudico. Quēadmodum enim nubes phœbæū lumen occultantes tenebras mortalibus exhibent: q̄s phœbi præſentia fugat: ita et Bithynia vitia omnia quibus laborabat in virtutes te præſide commutauit. Gaude igitur tua iſta ſingulari virtute: & quum a me tantop̱e ameris: obſecro te vt me viciſſim ames. Fas enim eſt: vt in veteri prouerbio dicitur: amantem redamari.

Amicitiæ indicatiua

¶ Epiſtolę argumentū

Amici qdē. Credo aliquē maliuolū accuſaſſe ip̄m Libaniū apud Philippū ideo obſcure nimis ſe Libanius excuſat. Et hanc epiſtolā neque plene capio: plus habet obſcuritatis q̄ inquirendę vtilitatis: diuinandum eſt in ea.

¶ Libanius Philippo ſalutē

Plena obſcuritatis ē

AMici quidem fuit hmōi audientē dolore: boni aūt ad te cū muſis ſcribere. Verum quū hęc tibi renūciaret aut nihil vt nouerat: dicere auderet: aut ſi hoc nō eſt et te et me odio ꝓſequit̄. Itaqꝫ confinxit mei vituperandi lædendiqꝫ tui cauſa: atque potius hoſtilis ei voluntas fuit q̄ amici opus. Quum etenim talem ad te epiſtolā dederit: & mihi adeo bonam adeo pulchram magnā curam vtriuſqꝫ ſuſcipere videtur. Et res noſtræ ita quidem ſe habuere: quæ añ aduentū noſtrū florebant: defloruerunt. Inuidia vero nulla conſecuta eſt neqꝫ enim ſtimuli pede percutiendi ſunt et valde hoc nouerūt: cyclops vero ille et ad ſcyllam vſqꝫ ad fretum atqꝫ Siliciam. Gaude igit̄ et ꝓuerbio poſthabito mihi gratulare. ¶ Epl'ę argu.

Quū multas. Eſt certe hæc obſcura epiſtola: laudat orationes Achacii quas in variis terris habuit: deinde ſermonū ipſi⁹ Eutropii meminit quē in numerū ſuorū amicorū recępit: deinde dicit ſe lęſum ab eodem propter quandā orationē quā prius principi q̄ Libanio dedit.

¶ Libanius Achacio ſalutē

Laudatiua quarundā orationū.

QVum multas et pręclaras orationes habueris in phœnicia primū: hic deinde: nūc aūt in pręclara Paleſtina. Quis eni eam nō præclaram dixerit: quæ abs te claritatē adipiſcit̄? Illis tñ nō minorē eſtimationē tibi cōtulere ſermōes ab Eutropio facti. Hi eni tui ſūt quoniā diſſeminaſti vt videant̄ nō ſolū forma affinitatē oñdere aut dicēdi figurā et hi eni etrobur et curſū q̄ndū ꝑ ſe ferūt: & hoc veſtꝝ eſt. Quē ad modū ꝟo bon⁹ eſt orator: ita et vir bon⁹ eſt. Quāob rē quū eū nō fugeret cupe te vt oēs honoribus pro ſe querentur: nō aliter q̄ teipſum: talem ſe mihi præbuit

qualem eſſe dicebat tum nepotem tum diſcipulum. Ea gratia virū in numero veterum familiarium inſcripſi: et multis veteribus ꝑpoſui: ꝙ multi ei in me amādo concedunt. Vnde parua etiam mea (nam omnia mea parua arbitror) quis enim ſeipſum ignoret? quū vir ſapiens clamet oportet ſeipſum cognoſcere: nō ſolum inq̄ parua mea: ſed horū minima amat. Et nihil eſt ꝙ ego quidem nō dixerim: ille autē nō audiuerit. Neq; vero quicq̄ ſine laude audiuit. Hic igitur bonus et pręclarus et iuſtus eſſe volens me læſit. Accuſationem vero hanc cōſidera. Læſit me Eutropius quum orationē quam Achacius ſcripſerat et ad me humaniter mecum agens miſerat. principi priuſq̄ mihi dederat. Et huius cauſam in ſeniore refert: etenim cōtra me huiuſmodi ſtatuit: tu vero ne credas: nā neq; ego credo. Etenim etſi valde grauis eſt: ego tamen atqui tu primi ſumus. Ille vero prorſus nouit quæ Homer⁹ ſenioribus dederit re ipſa vero reſpondeat. Et Achillem imiteť ſolus exiſtens vt ille qui ſanare vulnus poſſit.

¶ Epiſtolę argumentū

Superfluū mihi. Habuit Tarthius filiū in ſtudio Themiſtiū nomīe qui inopia rerū torquebať: corā Libanio defectum ſuū deflebat: pro q̄ nunc Libanius ad patrē ſcribit: rogat quum pater ſit diues & nō paup vt filio in neceſſariis pro ſtudio ſuccurrat: quia difficile eſt diſcere ſiue libris & ſtudiorum ſuppellectile.

¶ Libanius Tarthio ſalutē

Pulchra [S]Vperfluū mihi fortaſſe laborē aſſumo: quum Petitorie.
prēm ad filii curā ſuſcipiēdā adhortor quē is negligere neſciat. Veꝝ quū Lachrymātē Themiſtiū viderim malui illud videre q̄ hęc negligere. Dicit igiť

aſperū nihil ſecundū ꝙ quædam eius te cæpiſſet ob/
liuio. Ego vero ſi pauper eſſes: dignū putarem vt ab
amicis aliquid cumulans filio opem ferres: quoniam
vero inter primos diuitū numeraris hortatur te vt ex
his quæ poſſides aliquid expendas vt quod nō poſſi
des precioſiſſimū aſſequaris. Et fortaſſe fames iuue=
ni valde vtilis nō eſt. Verū nō de ventre nunc ſermo
fit. Sed ne libri inueni deſinit: quibus abſentibus ſimi
lis erit ſagittandi artem conanti ſine arcu diſcere.

¶Epiſtolę argumentū

Vtrūqꝫ mihi. Barchius magnifaciebat quę Libanius cōpoſuerat et orationes & carmina: & gratias agebat Libanio ꝙ hęc ad Barchium mitteret: cui nūc reſcribit Libanius dicit ꝙ nō habeo tibi gratiā ꝙ hęc mea figmenta prę te feras & tanti æſtimes: ſed hoc gaudeo ꝙ fortuna mihi tuā addixit āicitiā ſed alterū nō cōceſſit ꝙ tecū pn̄s viuere poſſī.

¶Libanius Barchio ſalutē

familiaris V Trūqꝫ mihi perſuadeo: & vt ad te ſcribā: vt ꝙ nugas noſtras magni facis. Tu ergo habere mihi gratiam dicis: ꝙ hæc accipias; ego vero non tibi magnā gratiā habeo ꝙ hæc præ te feras. For tuna vero mihi tantū bonū ſuppeditauit: amicitiam tuam: alterū vero nō dedit vt viuerem cū decuit cha= ro capite aūt deū alterū mihi non inuidere.

¶Eidem

t V rerum mearū dominus et tarde reddere et poſſidere ſi velis mea potes. Qꝛ aūt tibi præ= ſenti dixi credo arbitrari te meis rebus pulchri tudinē quandam ineſſe vereor tamen ne hoc mihi de teriorem exiſtimationē afferat. Nihil etenim falſum ſum ego dixi ſimie vero ſummo cū ingenio et cōſue= tudine res ſuas faciunt: nō itaqꝫ eas accuſaueris.

¶ Epiſtolę argumentū

Cur ea quibus. Cōgaudet & gratulaẜ amicū ſuū Spectatū noīe tanto rerū proſpero vti ſucceſſu apud principē Iuli anū in cuius maximā venerat familiaritatē propter ſummā doctrinā & legationes varias ſtrē/nue cōfectas: deīde qdā alia etiā enygmatica cū illo tractat obſcura q̄dē

¶ Libanius Spectato ſalutē

c Vr ea quibus me oblecto tibi nō ſignificemus? Maxime lætor quum res tuas intueri videor: & vnamquanq; clamoribus plauſuq; ꝓſequor. Nūc ſpectatus noſter nō longe abeſt a principe: nunc pro/ximus eſt: nūc apud eum: viam quæ ducit ad Perſen narrat quos fluuios traiecit: quam terram tranſiuit: gentes: dierū itinera: orationes quas legatus habue/rat. Hic vero hilari vultu: et voluptatem pre ſe feren/te oratorem laudat: & quærens quo honore eum affi/ciat maiorē nō repperit q̄ vt eum rurſum mittat. Spe/ctatus aūt difficile quidem ſed tamen ſophiſtæ cuiuſ/dam familiaris meminit: cui præclara quidem pollice/tur: facit aūt ꝑua. Satis illi eſſe putas ridere et caput oſculo proſequi. Et iam diſſoluta eſt excuſatio. Hu/iuſmodi ſūt quibus abunde lætor: hæc accuſans nō doleo ꝙ piper quod maxime ſperabam nō accipio: tamen ad modū rideo diſcipulū videns te Charetis militis quantū ad ꝓmiſſa. Cæterū equus ille quo Ba/ſilianū donaſti me ſycophantā maxime oſtendit: ete/nim illis eſt quibus Boreas progenitor fuit. Borea enī indiget et niſi ventus ad modum ſpiret inſtar lapidis manet. Credo aūt eū de Xantho quæ feruntur factu/rū explagarū mľtitudine humanā vocē emiſſurū hu/iuſmōi nobis equorū ꝟtutē īueniſti. ¶ Epľe argumētū

Meminiſti me. Et hæc epiſtola ad Spectatum ſcripta obſcura & forte nulli niſi Libanio & Spectato nota: in q̄ Libanu⁹ aliquantulū Specta/

tū accuſare videt̃ de q̃buſdā ꝓmiſſis et īcōſtātię: & alia mlta cōmiſcet.

¶ Eidem

Accuſatoria.

MEminiſti ne eorū ſermonum quibus te hortabar: vt Honorato ſeruares ea quæ decerent? Quid aūt ſecutū eſt eorū quæ ꝓmiſiſti ſermo tibi eſt: prompte annuiſti nobis Cirrhini ſacrū caput reuereri: nos autem non aſpernari. Opus autē eorū quæ audiui nullum intueor: et te duplicis criminis accuſo. Alterius ſi te oblitum fuiſſe dicis: alterius vero ſi memor es: ea que obliuioni nō mandaras negligis. Illud vero nō amantis: hoc vero contumelioſi eſt. Cæterum etſi nō antea fuiſti nunc tñ te nobis oſtendas talem qualis aliis eſſe conſueuiſti: quum forte digni ſimus vt in aliorū numero nos colloces. Beneficii etenim memorem me videbis ſi volenti accipere prompto animo beneficium pręſtes etiā ſi accipere recuſes. Illa itaq; fiēt magna quidē vt nobis videtur: licet tu parua exiſtimes. Neq; enī ignoras dixiſſe te nobis ꝙ exigua renūciabamus laborēq; nō habentia. Cura ne hæc appellatio me cōtumelia afficiat. Aiunt enī te omnes iſtuc vndiq; cōuocaſſe qui ſederunt vbi Honoratus: & palam eſt ꝙ nō venienti pœna aliqua ſtatueret. Veruntñ quicūq; obedire potēs ſedet deſpiciat̃ pœnāq; det: nos ꝟo quos currere q̃dē decuit: ſedere compellimur: morbi etenī magnitudinē nō ignoras. Tñ quo iuuēis colluctatus vix nūc quo in ſpem ſecuritatis veni victus ei medicoꝝ lege etiā deſcripſiſſē. Hæc diſcat Boſſus: hæc oñde: nec ſerua' gradum ex neceſſitate abſenti.

¶ Hac ep̃la laudes. Subaccuſat negligentiæ Spectatū in ꝓmiſſis explēdis adhortans vt efficiat que promiſit & ne pulchrū putat mentiri: ſed grato animo beneficiū præſtare velit accipienti et Cirrhini preces. Et hæc obſcura eſt epiſtola.

¶Eidem

Hac epiſtola laudes cõtinere oportebat eorum quibus Honoratũ proſecutus fuiſti. Verum ea quoq; te hortatur et hoc quidem dicens: illud vero timeri põt ne id litteris acceptis in priſtina ſententia ꝑmaneas. Dic age cur nõ efficias quæ ꝓmiſiſti? Vt ꝑ mentiri pulchrũ putas? Verũ nõ eſt tuũ laudare mendaciũ. An tibi facultas minor eſt q̃ vt quæſitũ beneficium præſtare poſſis? At ſane riſiſti: quum nihil ſtudii prætermitteret Cyrrhin⁹ et prę te ferre viſus es ꝙ in huiuſmodi vel dormiens gratificari poſſis. Quoniam igitur ſcimus velle te accipienti grato animo p̄ſtare beneficiũ: & recuſantẽ cogere: hoc negligere nõ amantiũ eſſe conſtat. Cæterũ quoniã hoc de matre dicis et de nobis quoq; dicere licebit. Verũ o faciens quidem quæcunq; vis: & eorũ reſponſionẽ meditans quæ ſponte ſuperas nõ ignorãs iuuenis et morem et virtutẽ et verecũdia affect⁹ ꝓpter Cyrrhini preces q̃s vir iacens effudit quem etiã occurrentem deus veneraretur. Putans præterea me quoq; quendã diſcipuli patrẽ et hoc velle tuã matrẽ et patruũ noſtrum: his addere liceret ciuitatẽ vniuerſam. Quũ hæc conſideratione cõplectaris: noli conſiderare quid nobis dicas: ſed quid nobis faciens gratificeris.

Accuſatoria negligẽtię.

¶Epiſtolę argumentũ

Ego filiũ. Perpulchre Baſſi filiũ in dicendi facultate Libanius erudiuit: quẽ & ſingulari amore tã pręſentẽ q̃ abſentẽ proſequi haud deſinebat. Dicitq; patrẽ eſſe obligatũ Libanio in aliquo pręſtando inuenire ꝙ filiũ ſuũ tã pulchre erudiuit: deinde dicit Cyrrhinũ a fortuna i ordinẽ principũ eleuatũ & aſſidere Philippo principi bęllicoſo.

¶ Libanius Baſſo ſalutē

Poſtulatio alicui⁹ muneris.

(e) Ego filiū tuum quū præſens eſſet et amore et bona beniuolentia ſum proſecutus: abſenti vltimā præſto: nam eum amare nō deſino. Videris aūt mihi quum in dicendo eum valere comperias te mihi obnoxium credere a quo id accæperit· Idq; teſtantur viciſſitudines abs te erga nos ꝑfectæ: & libero viro magnę: appello aūt viciſſitudines litteras. Porro licitum eſt tibi ipſi munus dare mihi: quo tibi ſit facilius nihil: mihi vero nihil maius. Nō te fugit Cyrrhinū quē dicendi facultas in ſophiſticum locauit ſede: a fortuna inprincipiū ordinē euectū eſſe. Illum dico Philippo aſſidentē: qui Pamphiliam liberauit: qui Cyprum gubernauit: huic filius eſt Honoratus: quē ſi meū crediderís nō errabis. Hic iuuenis in tuorū numero inſcriptus eſt: nūc vero in noſtro modulatur: & futurus eſt in illo melior: quandoquidē et accutiſſimus eſt: et in dicendo promptus· Iuuentus aūt parentes non terreat: abeſt quidē non ſolus.

¶ Epiſtolę argumentū

in dicendo facultatis perſuaſit vt illã ſuſtineremus. In aliis itaq; tuo inſtituto vtere; et quidem ſcribens bonũ teipſum facis et prӕterea feceris meliorem niſi hoc facere deſiſtas. Viſus etenim mihi es cõfirmare ſermonẽ quẽ mihi ſӕpe rettuliſti: ꝙ mihi es filius nedum diſcipulus. Soloni ſane audiẽs es: & patrẽ nutrias quũ diſcendi finem feceris. Cӕterum id quoq; mihi largius curӕ apud vos nõ moraturus vel ꝑmanſurus. Verum affini aliquãtulũ gratificaturus ſimul directurus ſiquid ex rebus noſtris principatu eguerit. Cӕterum Bachion amicum putans: nõ male ſentis. Veni itaq; amici huius gratia atq; alterius; neq; in Diophanem velim in amorẽ eſſe te meliorem. Si enĩ patris manus effugiens ex Cilicia venit te quӕrens: tu liber exiſtens ex Berrhoia nõ mouebaris.

¶ Epiſtolę argumentũ

Tu quidẽ. Achacius rogabat vt Libani⁹ ad Achaciũ ſcriberet: hic vo reſpondit ꝙ Libanius ipſum Achaciũ ad ſe venire & corã videre voluit. Et dicit noli mirari ꝙ ego ſenex me ſeniorẽ amo: nõ corpus tuum ſed animũ tuũ qui florere incipit corpore marceſcente ſenio.

Amicitiӕ ſena.

¶ Libanius Acacio ſalutẽ

t V quidẽ vt ad te ſcribã oras: ego vero epl'ę loco teipm venire velĩ. Porro petẽti mihi magna ꝓ puis mihi dare facilime potes. Neq; admireris ſi ſenex ſeniorem amo; vitã enĩ amo: huius aũt pulchritudo augetᷣ qñ corpus defloruerit. Sane forma quę tibi apprime moleſta eſt abiit: & racemi nũc vina ſuut: & Dionyſius vbi ius agroꝝ canit. Quemadmodũ itaq; vindemia reſpiraui: te idem facere decens eſt. Quid moraris? Legionem ne expectas? vtꝝ nos: etiã ſi hoc opus eſt facimus. Bona

¶ Epiſtolę argumentũ

Balis ſe iniuria. Affecit Balim iniuria Fœlix quod non placuit Libanio. Et ꝙ Balis paſſus ſit iniuriã & Fœlix hanc illi intulit. Bona Aduerſatiua facti.

¶ Libanius Fœlici ſalutẽ

b Alis ſe iniuria abs te affectum dicit: & iuſiurandum addidit. Miſertus ego et illius ſum q̃ iniuriam accæperat: & tui qui affeceras. Plato vero ſenſiſſet tua potius q̃ illius eauſa dolendum eſſe. Accuſatione itaq; hominẽ libarauimus. Verum in te ſitũ eſt vt in poſterũ ab eo lauderis. ¶ Epiſtolę argumentũ

Bonus exiſtens orator. Theognet⁹ eximius orator & multorũ cauſas orauit & ſaluauit forte lex data erat pro tempore quę oratorẽ tacere coegit quod plurimũ diſplicuit Theogneto: petiuit Libaniũ vt in tali re ad Dacianum ſcriberet petendo vt conſilium daret Theogneto: quid ſibi hac in cauſa faciundum foret. Petitoria

¶ Libanius Daciano ſalutẽ

b Onus exiſtens orator Theognetus: hic quum multorũ et vitam et fortunas ſeruauerit: lege temporis tacere coactus calamitatẽ putat: non facere quæ ſua ſunt. Confugit igitur ad prudentiã tuã putãs abs te ſibi bene cõſultũ iri ſi quæ tibi videanť ſequať. Quod et facientes principes ſcriptos laudarunt: quẽadmodũ Lapithæ Neſtoris cõſilia accipientes. Retulit autẽ mihi ſæpe Theognetus domũ ſuã haud p̱ua abs te accæpiſſe beneficia: & nunc ſi ſimile aliquid aut maius fuit aut nõ minus q̃ ꝓ illis debeo. Res aũt meas tibi curæ eſſe multis et veteribus et nouis argumentis cõprobare poſſem. ¶ Epl'ę argumentũ

Non eſt incõueniens. Scribit ad medicũ Hygienũ vt medelã iueniret vigiliis multis ſe cruncianti Cleobolo quẽ ſenectus vigilare coegit.

¶ Libanius Hygieno ſalutẽ

n On eſt incõueniens medicũ de vigilia diſputare: oſtendentem quid in die mali eueniat: & eã Certificatiua.

ſiſtere laborantē. Non igitur ignores Cleobolum noſtrum et vigilia grauiter offendi: cuius cauſa nō febris eſt: non capitis vertigo: non vulnera metum habentia: ſed mordet amicum ſenectus ex lecto: & hęc facit tam longe abſens. Eſt autē vanus hic puluis. Cæterū apud te vigiliæ huic remedium eſt: nam nobilis Themiſtii opa ſeuera a mordendo arcere poteſt.

¶Epiſtolę argumentū

Non fefellit. Priſcianus laudauit Libaniū & fœlicē illū dicebat qui ciuitatē inhabitaret: cui hic reſpondit Libani⁹: mirať cur Priſcian⁹ ciuitatē quā ipē icolere ſpernit laudat et ei⁹ incolas fęlices appellat

¶Libanius Priſciano ſalutē

Incuſatoria. NOn fefellit Priſcianus iuſiurandum: ſed cū litteris ad te pficiſcit̄ quod ſeſe facturū iurauit. Quum vero fœlicem nobis ciuitatē appelles quā habitare veritus es: ſponte iocaris. Nā ſi vere huiuſmodi eam eſſe putes: quid cauſæ eſt cur nolis (quum poſſis) huiuſce fœlicitatis particeps fieri. Noſtra vero picula aut ignoras aut ſciens: aduerſis rebus beatos nos eſſe putas: amas amicorum pericula. Cæterum dum negocia tua dicens recte ſentis: neq; vero ego ipſe ex aliis ſum qui dum negocia aliena arbitrant̄ ſua negligunt. Diligentiā vero noſtrā in his litteris videbis q̄s vt ſeni ſuffragemur miſimus. Bona

¶Epiſtolę argumentū

Non erā neſcius. Laude extollit mores vrbanā viuendi conſuetudinē et ingenii facilitatē ipſius Palladii apud Andronicū cui nūc de eo ſcribit non mirans φ Palladiū Andronicus fauore & beniuolentia propť illius optimos mores proſequatur: & preſentem eſſe cupit.

¶Libanius Andronico ſalutē

Laudatīa Palladii. NOn erā neſcius Palladiū abs te hūaniſſime viſū iri etiā me nihil ſcribēte. Leges enī qbus impes

et ſermones in quibus viuis apud eum quærens inue=
nies. Verum hæc apud alios eſt reperire: morũ autẽ
gratia et conſuetudinis quædam facilitas quæ omĩs
attrahit quibuſcum verſatur: et facultas introducen=
dæ letitiæ vbi nõ ſit: et eius quæ ſit confirmandę atq̧
augendæ reperiri in alio fortaſſe non poſſet. Prorſus
vero nõ in multis. Propter hæc quidẽ fugientẽ ſeque
ris: nedum recuſabis venientẽ; Quanq̃ vero non fuit
litteris opus ad amicitiã conciliandã: tamen ſcriptis
vtere et vtens virũ laudabis. Fiamuſq̧ negocii parti=
cipes ne mihi debeas quũ eum laude proſequeris.

Epiſtolę argumentũ

Quo fieri modo. Scribans ad Geneſiũ laudat filiũ cuiuſdã matris bo=
nę & huius viri nepotẽ: filiũ quia patriã ſibi charã ob diſcendæ eloquẽ
tiæ gratiã deſeruit. Et nepotẽ q ciuitates incolumes & ſaluas reddidit

Libanius Geneſio ſalutẽ

Quo fieri modo potuit ne ſuauiter viuerem: vi= Laudati
derem bonæ matris filiũ et eius viri nepotẽ q
et ciuitates ſaluas reddit: & nobis bene optat: et q̃ fu=
gã bonã a vobis fecit quam laudare ſolã neceſſe eſt.
Nam quis nõ laudet eum qui patriã vt eloquentiã aſ
ſequeretur deſeruit? & bonũ quo in patria fruebatur
quum fuga ipſa ſermonũ gratiã agere poterit. Porro
quẽadmodum prudentiã noſtrã laudas q̃ huc veni=
ens expertus eſt; ita mulieri ſuadeas ne deeſſe ei aliq̃d
ſinat. Non enim diem eũ amaritudinem mihi dicere
poterit: ſi quantũ in nobis fuerit aliquid ei defuerit.

Epiſtolę argumentũ

Et tibi et Rhome. Gaudet φ Marcellinꝰ ſit Rhome qui ſit pręclara et
eo digna ciuitas: et ea quæ de eo audit ex Rhoma venientibꝰ cõmemo
rat, facta ſua laudando. Et quędam alia obſcura ſcribit.

Gratulatoria.

Libanius Marcellino ſalutẽ

ET tibi et Rhomæ gratulor: ꝙ Rhomæ ſis: habes enĩ cui in ea ſimilis nihil eſt. Illa vero ciuẽ progenitoribus ſuis qui fœlices fuere: minime inferiorem. Magnũ ſane fuit ꝙ cũ ſilentio in ea te continueris. Sermoneſq; qui ab illa dicerent̃ accæperis: m̃ltos autẽ Rhoma oratores nutrit: venalia ſequẽtes. Nũc vero quoniã contigit audire iſtinc venientes de te mihi ſemꝑ refertur: ꝙ alia feceris: alia facturus ſis. Et hiſtoria multas in partes diuiſa videtur. Is qui laudat̃ partem alteram exigere: audio vero ip̃am Rhomam labori tuo coronã imponere: decretumq; tibi decernent ꝙ aliqua tenueris: aliqua vero nõ attigeris quãtum hæc nõ ſolũ hiſtoricũ exornant: ſed nos quoq; ex quibus eſt hiſtoricus. Nõ ergo deſinas huiuſmodi cõponere: teq; in dicendo exerce: neq; deſinas quod in admiratione ſis: verũ ipſe et clarior fias: & hoc nobis impertias. Huiuſmodi enĩ ciuem quiſquis laudat illius ciuitatẽ laudat. Tu quidem in ſimilibus es quũ nos miſeræ lugeamus: et niſi deorum aliquis opem ferat fieri nõ poteſt vt hæc feram. Qui enĩ ſolus nobis erat nõ malus: bona ex matre atq; etiam libera diem obiit mœroreq; humatuſq; eſt. Mœroris aũt cauſa cõtumelia fuit. Porro qui huius fuerint auctores ab aliis diſce. Nos ꝟo etiã dum patimur timemus: et ad huc feruente malo ex mediis tum libris tũ loboribus Calliopius nobis ereptus eſt. Vt aulneri aulnus acceſſit: adoleſcentulorũ res deteriores euenerunt et auditur lacerabat qui res eorum ſibi partirentur Mihi vero ꝗ prius et ipſa quę poſt ip̃m mihi euenere et vlulatus &

lachrymas et lachrymarum cauſa ſuut: quarũ pluri-
mæ fluunt in ea quæ ſcribimus.

¶Epiſtolę argumentũ

Tum quũ de te. Facit mentionẽ de litteris Onyſiphori quid ex his le-
ctis acceperat. Et ꝙ de rebus illius factus ſit certior.

¶Libanius Onyſiphoro ſalutẽ

TVm quũ de te verba faceremus: reddita eſt no-
bis epiſtola tua: ea vero erant ꝙ annos natus
ad iudicia te cõtuleris: & q̃ potens in ſingulo iudicio
fueris et quũ nõ bene primo cõſuluiſſe videreris reli-
cto priore conſilio reuerſus prudens in aliis conſiliis
bonuſqꝫ viſus fueris. In hmõi de te ſermonibus inci-
derunt tuæ litteræ quibus lectis et tibi et principi ma-
gnopere multũ laudis attributũ fuit. Tibi ꝙ teipſum
admiratione dignũ præbeas: illi ꝙ virtutem admire-
tur: cuiu s quotidie maxima experimenta præ te ferre
mihi videris· vñ et inimici moleſtia et familiares gau-
dio afficiunt· Quę qua regione: quo auro meliora nõ
ſunt? gloriæ cupido et vitã cõtemnenti. Tibi vero quũ
exigua pecunia ſit: multæ ſunt tibi laudes: præcipue
vero quũ ab eo tibi fides habeatur qui moribus prin-
cipatũ illuſtrat: quoniã eũ dei meliorem fecerint: huc
adducant: Dulce quidẽ eſt ſimulacra et imagines eius
intueri. Nihil adeo iucundũ accidere poteſt q̃ habe-
re eũ qui vocem illam audire et pulchritudine animæ
prope frui. Corporis deniqꝫ decorem intueri propter
ciuitatis ſplendorem.

Laudatoria Onyſiphori.

¶Epiſtolę argumentũ

Audio ruſticũ. Quidã adoleſcẽs ruſticus ĩprouide quandã incenſam
faculã proiecit in rem alterius ruſtici fortaſſe in domunculã: vñ impetu
veniẽs ignis illic damnũ fęcit quid in hoc faciendũ ſit: dicere videtur.

¶Libanius Saluſtio ſalutē

Indicatiua

AVdio ruſticū puerū accenſam facem in quandam neceſſariam rem tuliſſe: ventūq; ignē illū correptū in domū ruſtici et cuiuſdam ex tuis intuliſſe ita vt cōburetur. Et nunc quidem domum repoſcere illū vero dare nō poſſe. Cęterū ſi ventū in iudiciū vocare potes accuſa. Sin minus hoc fieri pōt: nec quod aduerſante fortuna factū eſt vitiū appelles: neq; pœnas ab eo exigas qui vicem eius dolet quod nō fecit.

¶ Ex ſermone bonus. Laudat Helpidiū: deinde dicit ꝙ hi qui verſantur in officio docendi eſtimanť debiliores rerū ſimulachris: et vmbra ſunt

¶Libanius Themiſtio ſalutē

Laudatia.

EX ſermone bonus nobis viſus eſt Helpidius: viuendi aūt inſtituto longe melior. Erat enim ei ſedes atq; lacerna et reliqua omnia in q̄bus nos etiā fuerimus. Eos vero qui in decendo verſantur intuentes ſimulacris imbecilliores exiſtimāt. Nam Socratē excipio tu quidē potes. Sed quæ aliorū ſunt vmbra hæc itaq; proſpiciens eumq; laboribus gaudere ꝓuerbium cano. Plantas ſtatim oſtendere cuiuſmodi fructus ꝓlaturæ ſint. Plura ſcriberem niſi cōpertū haberem laudatū amatorē etiā quæ veriſſima ſunt nō credere.

¶Epiſtolę argumentū

Accipe pro ſola. Scribit duas epiſtolas pro vna re quā optabat ad Polyterniū & petit pro Santagatio quod forte facere promiſit.

¶Libanius Policernio ſalutē

Petitoria.

ACcipe ꝑ ſola re epiſtolas duas: quarū altera te oro altera te laudo. Indiget Santagacius: ego vero exigo: et hæc tantiſper dū ſuadere tibi licuit orauι: tu vero vbi opus eſſet operā mihi tuā ꝑmiſiſti. Re igitur promiſſa præſtes: & fatigatas iube quieſcere.

Porro Iouem te magis imitari velim q̄ carentem mi-litem.

¶ Epiſtolę argumentū

Vnū petenti. Petiuit aliquid Libanius a Pappo: & puerū ſiue ſeruū facundū pro ipſo petito ad illū miſerat: Pappus vnū petenti duo ex liberalitate miſit: miratur hic Libanius hoc factū ac pueri miſſi facundia illū decępit an voluit monere Saluū vt plura daret q̄ peterentur.

¶ Libanius Pappo ſalutē

VNum petenti duo miſiſti: quid hoc eſt a puero ne deceptus crediſti nos duobus indigere an monere Saluum volens vt plura daret q̄ peterent duo pro vno miſiſti. Verum ſi te ille fefellit: coniectura eſt eum eſſe benedicendi cupidū. Si vero tua ſponte auxiſti: paterna fuit admonitio. Cæterum damnaui argentum qno extrema circūliueras: neq; enim rebus ita ornatis in foro vtuntur. De ornare autem dona abs te miſſa haud ſane iuſtum videbatur. Manent autem domi: nam q̄ mihi Euſebiū cōmēdas: eiuſmodi eſt vt eundem tibi cōmendo. Si vero hoc ius nō fit neq; tibi illud fieri perſuadeas.

¶ Epiſtolę argumentū

Haud graue. Scribēs ad Vercianū dicit ſibi nō fuiſſe graue et moleſtū dare ad Vercianū litteras cum eo contra quē ſententiam dedit & pronunciauit etiam pro codē. Et eſt non ſatis emendata.

¶ Libanius Verciano ſalutē

HAud graue mihi fuit viro cōtra quē ſententiā tulerim dare ad te litteras: addatur etiā pro viro. Quanq̄ enim viſus mihi fuerit peccaſſe: in eumq; animaduerterim: tamen dans epiſtolā: ei qui ius dicere debeat iudicem nō læſit. Etenim ſi iuſta auxilia iudex ipſe quum quis defendi quęrit det quid graue de rebus iuſtis ab alio auditurus es. Noſcitur etenim etiā

Expoſitio facti.

ſi litteris nõ mandetur:eiq; profuerit ꝙ videat amicũ coluiſſe.

¶ Epl'ę argumentũ

Mihi omnis labor. Ad fui amiciſſimũ ipſum Modeſtũ ſcribit dicens omnẽ laborẽ quemcũq; pro eo ſuſcęperit etſi paruũ: eſſe ſibi dulciſſimũ licet ipſe Modeſtus longe maiores pro magnis hominib⁹ in variis negociis ſuſtineat labores:& occapationes.

¶ Libanius Modeſto ſalutẽ

Landatoria.

MIhi omnis labor pro te dulcis eſt quanq̃ vero paruus eſt labor quem pro te ſubimus:tamen ex eo ipſo fructũ capio. Cæterũ tu magnos pro magnis labores ſuſtines:ſurſum atq; deorſum diſcurrẽs cõſiliis opem ſubiiciens:prohibens graui procella terram ſubmergi. Cęterũ vides quemadmodũ deteriora deſunt:proderunt vero quæ ſunt meliora. Et prope adeſt vt luctatio coronã accipiat.

¶ Epiſtolę argumentũ

Dianio & mater. Dianius iuſſu matris forte ĩ patriã quia plurimũ vt ſi oblectabatur proficiſci voluit:petit Themiſtiũ vt illũ omnibus reb⁹ quibus illi opus eſſet pręſerti conſilio adiuuaret: vt ſic bonis Palladis opibus ornatus cuncta ſecurius aggrederetur & pericula effugeret: rẽ enim gratiſſimã in hoc ſibi Themiſtius faciet qui etiam ignotos nihil meritos exaudire ſolet.

¶ Libanius Themiſtio ſalutẽ

Cõmendaticia.

DIanio et mater et patria eſt quã tenes. Nõ potuit igitur matri ſe vocanti nõ morem gerere: patria vero ei dulcis eſt quia patria eſt. Horridũ ṽo eſt ei:ꝙ in paupertate miniſtrorum neceſſitates expectat. Quũ itaq; et matri eũ gratificari vellem:et eũ nõ malum habere fas ſit viſum eſt mihi:vt primũ ad te proficiſceretur. Inde Palladis opem accipiens omnia aggredietur:huius enĩ deæ præſidio vel ſtragem effugere poſſit. Operæpciũ nõ fuerit huic porrigere manũ:

primum quidē ꝙ maximā abs te petentibus opem tuliſti: qui nullo beneficio te demeriti eſſent: nihilqꝫ rogatu amplius feciſſent. Demū quoniā meos familiares nō potes dicere nō eſſe tuos. Tertio quod ſi velis primo loco ponendus eſt; quoniā affinis Ariſthenati hic eſt. Vnde fit vt quum ei gratificeris ꝙ me amas ad hoc ipſum tua quoqꝫ erga eum beniuolentia adducaris. Verum vt alia omittam: bene mereberis de viro apud quem multos de te ſermones inueneris: nō in labris ſed in memoria et in animo ſitos; alioſqꝫ ꝑ quos ſignificaſti te factū eſſe oratorem. Hunc aūt ſermonē Clementius ad nos tulit quaſi nihil ſcriberes nos autē ſcientes repperit nō minus q̄ ſe. Dicerē vero hūc ipm̄ eſſe mihi filiū meorū multis ex cauſis. Cęterū vera et minime obſcura Themiſtio loquar.

¶ Epiſtolę argumentū

Multa quidē. Exponit Florentio ad quē ſcribit ſe multis & variis oppreſſum laboribus adeo etiā vt vix ſpiritū ei reſumere conceditur. Et q ſunt labores exponit nihil tamē memoriā ipſius Florentii de animo Libanii turbare quæat quem plurimum diligit & colit.

¶ Libanius Florentio ſalutē

MVlta nobis negocia ſunt quæ ne ſpiritū quidē reſumere me ſinūt: foris iuuenū eſt multitudo intus ſcribendi labor: amicorum calamitates auxilio indigentiū: et hæc quidem cōficiunt; hæc aūt mouentur. Hæc autē multitudo perſæpe cibū negligere me compellit. Pulchri tn̄ Florentii memoriam nihil vnq̄ aut eiicit aīo aut dimittit. Verū apud nos hæc poti⁹ floret et acquieſcit et dicere de te in parte eſt laus facile laudantiū morū cōſtantiā; ingenii acumen: veritatē coli atqꝫ bonos in quibus bonum eſt eſſe hmōi comi-

Laborum oſtenſiua.

nus conten dentes qui plura dicat. Et quod maximũ eſt maior eſt nobis voluptas de te præclarius aliquid dicęre q̃ illorũ aſſequi laudes. Ita vterq; alterũ in hoc ſuperare cõtendit. Quanq̃ vero dulcius fuerat futuꝝ teip̃m videre: ſecunda tamen nauigatio aut parũ nobis videt̃ mittere: & viciſſim accip̱e ep̃l'am. Solus ꝟo, tu etiã nõ ſcribens me nõ afficis iniuria: quippe quũ nõ ſit mutati animi ſignũ. Verũ etiam tacẽs amicus bono animo eſſe iubeat: ꝓpterea ꝙ in eadem ſenten/tia manes.

¶Epiſtolę argumentũ

Habeo quẽ querebam. Laudat Parnaſii filium qui forte apud Libanium oratorię operã dabat quẽ huic arti idoneum affirmat.

¶Libanius Parnaſio ſalutẽ

Laudatia — HAbeo quẽ querebã filiũ tuũ: & eiuſmodi qui/dem filiũ promptũ ad id capiendũ cuius cau/ſa venit. Simul ac iuuenẽ experiri volui et naturæ ſtimulum adieci: facilem inueni ad ſermonũ vias capiundas. Atq; vt ad Aquilium conuertar: vir ex Anchiria oriundus qui functus eſt omni erga patriam officio: qui filius quem ſolus habet hic adeſt Porro homini huic dixi Parnaſiũ eſſe boni oratoris patrẽ: & quę de nobis memoraueras pieria illa diſcurrẽs et ſermones Ancire habitos litteris nõdum lectis filio narraui. Is vero quę audiuerat ſcripta eſſe rettulit: tãta mihi memoria eorũ qui ex cratere biberant: pręſertimq; gallorum: quibus aliq̄d ſemp̱ a nobis plus dat̃. Itaq; tuos ex domo in domũ mittis: neq; magis decet me in res tuas adhortari quãte me monere vt res tuas curem.

¶Epiſtolę argumentũ

Hoc iter. Hæc valde obſcura eſt: videt̃ tamẽ inter cætera laudare Max

imum tanq̄ iuſtum reipublicę adminiſtratorē & reprehendere quoſdā
qui ſine virtute imperare conātur: contra quos ſe Libanius Maximi
defenſorē poſuit. Et alius quidā vir bonus etiā Maximū defendebat.

¶ Libanius Maximo ſalutē

Obſcura HOc iter fratris gratia ſeſe Hyperrhebius feciſſe
dixit. Cæterū propter te potius ea dixit quæ
deprehenſus eſt feciſſe. Illius quippe ei exiguū quod
dam ſtudium fuit: verum circumiuit pullulantem fa=
mam extinguens quā ego verā non credidi. Erāt aūt
qui deteriora impare vellent: qui quidem et honorē
nullum aſſequerentur quum ab eis virtus abeſſet: et
eos quibus virtus honori eſſet inuidia proſequerētur:
Reſpirant illi quidē atque recreant̄ ſi re aliqua pecca
re videantur: cum quibus ego quidem pugnaui ido=
neo auxiliatore vſus. Cæterum vicinum aliquē teſtē
deſideraui: qui me officio fungi validius cōprobat.
Ex aliis nōnulli quidem ſilebant: & ſilentio ipſo cum
detractoribus ſentire ſe oſtendentes: alii vero ſe hæc
quidem audiuiſſe dicebant: ſed tamen veri eſſe neſci=
os. Alii autem inter ſe differentes erant: verum bonus
hic et tibi et mihi et veritati amicus armorum vice lin/
guam pro te poſuit exclamans mentiri qui ea diceret̄
Credentes vero decipi et tantū certamina conſtantia
poſuit vt vrbem fraude liberauit. Et nunc neq̧ ſena/
tor cōtumelia affectus eſt: neq̧ lucrū aliquod non im
perauit: videturq̧ generoſus maximus talis eſſe qua
lis eſt. Ego ꝑinde vtriq̧ gratulor ob laudes. Tu qui=
dem in principatu iuſtus es: hic aūt in his quibus im=
peraſſe ſimul mihi viſus es nihil in eo amando pręter
miſiſſe. Nūc vero qualis in te ſit nō quęrā: ex his quæ
fecit cōtinuo didici quāta ei ad reſpōdendū prompti

tudo futura ſit quæ et me verum oſtenderet: & illum tibi in amicitia redderet. Talibus ego amicis me oble cto.

¶ Epiſtolę argumentū

Neq₃ doluim⁹. Laudat in vxore Strathegiū quę probiſſima erat mulier cæteras virtute ſuperans incępit ægrotare ſed medici afferebāt morbi cauſam eſſe facile amouendam.

¶ Libanius Strathegio ſalutē

Domeſtica. NEque doluimus: neq₃ lætati vnq̄ ſum⁹. Primū quidem nobis accidit quia vxor tua in ægritudinem incidit quæ laudatas virtute ſupat. Alterū vero quod a medicis morbum amotum ire facile credimus. Noueris aūt etiam abſentibus medicis poſſe eā liberari quum dii tibi debeant propter iuſticiā tuam qua omni ī re vteris. Ciuitas ergo nunc choreas agit: cuius rei cauſam nuptiæ afferunt: atq₃ verum loquar ad hoc cōmota eſt quoniā metus abiit. Cęterum ſi vt maxime optamus cum matre filiolos duxeris duplici nos voluptate affeceris.

¶ Epiſtolę argumentū

Neq₃ ſum. Principiū menda non caret. Voluit Libanius ad Strathegiū proficiſci ſed corporis ægritudine preſſus nō potuit. Et dicit multi alii ad illum currunt & confugiunt & pręſertim Clementius cui omīa fauet: omnes amici illius domum ſaluam eſſe cupiunt.

¶ Eidem

Familiaris NEq₃ ſum neſcius neq₃ ſpero his pręſens potiore et hæc epiſtolę loco corā dicerem. Sed optime prouerbium eſſe audio: quo fas eſſe dicit̄ ad amicos procul exiſtentes proficiſci. Malum vero quo meum corpus affligitur mihi negocium exhibet quo minus prouerbium exequar. Vna enim mihi ſalus eſt diu in loco degere: periculum vero in foro verſari. Ex eo enī perſæpe impetu quodam oppreſſus diſcedere com-

pellor: quibus autẽ licet cernis vt ad te currant · Inter alios aũt multos eſt ipſe Clementius cui omnia fuiſti atq; fueris: qui tantus eſt apud me vt potens atq; diſcens quomodo res tuæ ſeſe habeant: beneq; tibi eſſe cognoſcens ſe infœlicem nõ putat. Quanq̃ procellas multas perpeſſus eſt: ſed tua fœlicitas tuis calamitates leuiores facit. Adeo omnibus vnicũ eſt refugiũ bono Strategio ſaluã atq; integrã eſſe domũ.

¶ Epl'e argumentũ

Non eram neſcius. Videtnr hortari Andronicũ vt magiſtratum cum virt[illegible]te vt facit adminiſtret: nec enim virtutis laus niſi ſudore & labore paritur. Officium in Arabia publicũ habuiſſe videtur Andronicus

¶ Libanius Andronico ſalutem

Hortatoria

NOn eram neſcius fore vt hi quidem aliq̃d amplius petere deſinerent. Tu vero meo habitu eſſes: qui tibi cõuenit et verum ac victoria potitus alteram tibi adde: quin potius addidiſti cum videaris Arabiam cõmunẽ tibi eum cæteris habitare: quod de te nõ diceretur niſi a perniciȩ ciuitates liberaſſes quã fortuna mala ĩtulit. Hoc ergo medicamẽ habe et laudes laboribus aſſequere: nec Ithaces fumo: hunc terræ iſtius in qua hæc agis minoris facias· Et ex his ſi laudes nõ optas nõ recte facis. Si vero optes eas dormiens aſſequi: nõ recte opinaris. Verum dices m̃ltos ex huiuſmodi ſeruitute labores promitis: ſcio: verum dulce eſſe poſt hȩc narrare ſeruitutẽ nõ ignoras certe. Hmõi voluptatẽ ȩxpertus es e Cappadocia rediens: quando nobis referebas qualis ipſe erga illos fuiſſes: quales res eorũ erga te fuiſſet. Perſuadeo fore vt his et tu narres: & nos meliora audiamus ſi hunc principatum ad finem vſq; ex ſententia geſſeris.

¶Epiſtolę argumentū

Nondū a lachrymis. Plena luctus eſt quia quæ patitūr aduerſa exponit Ariſtophani. Et ꝙ męror ſuper męrorē per epiſtolā ab Ariſtophane miſſam Libanio accumulatꝰ eſt. Et poſtea loquiť de quodā optio principe qui potitꝰ victoriis in numerum deorum aſſumptus dicitur: vita defunctus.

¶Libanius Ariſtophani Corſuchio ſalutē

Lamentatoria.

NOndum a lachrymis ceſſaui: & ipſe in maiorē luctum per epiſtolam me conieciſti ita diligēter de bonis quibus olim prędíti fuimus: & de his quę mō euenerunt meminiſti. Siquis deorum nobis eum reddidiſſet qui victoriis potiebatur: illum quidē magis laudant qui ab eo læſi fuere quā cæteri et venia q̄dem eis danda eſt. Quippe qui malus eſſe cupit hoſtem ſibi arbitratur eum qui prohibet malū eſſe. Sed et ſiquis moleſte amat neque ea vti poſſit mortē oppetere gaudet: & ne malus eſſe cogatur. In huiuſmodi igitur turba vitā ago et inimicā deis et illi de quo recte exiſtimas: eum in deorum numero deſcribens. Nam te ego huiuſmodi ſum opinatus ſimulq̄ ſuſpirio mecum reputans qualia ſperauerit: qualia autem euenerunt. Nam etſi cum aliis immortalibus ille degit: res tamen meæ ſunt deteriores. Ita enim mihi dicere liceat de meis rebus. Quid vero futurū fuerat te quidē ex medis: illo vero ex phœnicibus redeunte.

¶Epiſtolę argumentū

Zenobius & pręceptor. Cōmendat Synglicio Boetū Boeti filiū Zenobii pręceptoris olim Libanii affinē: vt illum omnibus in rebus adiuuare velit: perinde ſibi gratum erit atq̄ ſibi factum foret.

¶Libanius Singlicio ſalutē

Cōmendaticia.

ZEnobius et præceptor et omia nobis fuit huic

affinis eſt Boetus: Boeto vero eiuſdem noīs filius eſt: qui pręceptorē noſtrum vti filius amans eidem vt ſeruus inſeruiunt. Quiſquis ergo vel minimū quiddam huic benigne præſtiterit mihi preſtitū puto: & loco maximi beneficii duco. Porro iuniorem Boetum qui hic eſt: quibus poſſumus beneficiis proſequimur. Seniorem vero apud vos exiſtentē et propter filii bonitatem fœlicitatis dignū tibi cōmendo. Quippe iudiciorum diligentia nequaq̄ deterius eſt: quū inde poſſis amicos lætos reddere.

¶ Epiſtolę argumentū

Remittim⁹. Habuit ſecū Dianiū hominē doctiſſimū ex quo laudem Libanius adeptus fuit et ipſi Bithynii vn̄ originē duxit: remittit nūc ipm̄ ad Aheniū: & Dianium extollit laude & prudentia qua in rebus agendis claret. Petit tandē vt omnib⁹ in reb⁹ illum ipſe Aheni⁹ iuuare velit: pręſertim vt libertatē conſequat᷑ Adeo tamē liber Diani⁹ erat vt nihil vile illū facere res cogebat: ſed tn̄ ꝑ maiore libertate Libāi⁹ rogat

¶ Libanius Ahenio ſalutē

REmittimus vobis Dianiū ex quo et nos gloriam cōſecuti ſumus quo eſt ſecutus et vos Bithynii ex q̄bus originē duxit. Neqꝫ vero ignores quū hunc viꝝ videris. fore vt ip̄m illorū memineris q̄bus neqꝫ an̄ neqꝫ poſt dulcius aliq̄d vidi. Que nos hic geſſerimus ignorabis nihil: neqꝫ enī eis gerendis parum affuit: ſed tot nouit quot par fuit in domo eadem habitantē noſſe: adeo vt ne mater quidē ex rebus meis plura nouerit q̄ iſte. De orationibus audiens fortaſſe non dolebis. Corpus tamen minimam pacē aſſequitur a mlutiſqꝫ oppugnatur: ſæpeqꝫ ex votis illis excidere me exiſtimaui atque in id fœlicitatis ego deueni. Hec enī melioribus ꝟbis dicere oportet. Sane ꝟo Dianio libertatē petenti præſto ſis oī ſtudio. Potes Laūdatia.

autē iure quantā in rebus tuis tantum in gente benefacere. Eſt autē ea tibi facultas: nō quia multa poſſideas: ſed quia quum poſſis poſſidere multa: nō vis.

¶Eidem

QVomodo igitur liber exiſtens libertatē appetit· tanta vero ei ſunt quāta humile nihil eum facere cōpellant. Si itaq; ſeueritatem hic aſſequeř vos laudibus foremus: ſin minus quemadmodū nobis ſcribatis conſiderate.

¶Epiſtolę argumentū

Orationē tuā. Excellentē quandā orationē fecit Themiſtius ꝑ quodā optimo viro quē Bonū appellat vbi illū etſi extinctū ex arte laudabat: quā orationē ad ſe nō a Themiſtio miſſam quū legiſſet eā exquiſito ingenio: arte magna cōfectam agnouit. Deinde dicit ſe in lectione Celſi philoſophi detentū fuiſſe quē magnę artis hominē deſignat. Deinde ī quendā luctū decidiſſe ait. Et eſt obſcura vel non ſatis emendata.

¶Libanius Themiſtio ſalutē

laudatiua ORationē tuam ꝑ viro bono accæpi: porro laudatum abs te bonū eſſe facile comprobabis. Quanq̄ vero extinctus eſt: veritas ipſa viuit potentior q̄ multa ora mendacia· Accipient aūt lectiones ſocium Celſum legi adhuc eo viuente qui laudabař in ſingulis exultans. Hæc aūt et me: et Celſum retinebāt. In ſingulis aūt multū animaduertens artificii et nouitatē inuentionis et currū iugerum Pulchritudine præſtantem et neceſſitates a quibus trahebanř et laudum ingreſſus et verborū gratiā: paratus fui librū ꝑ libro facere: tanta ibi continebantur. Procedente vero lectione et iam abeuntibus nocte precipue: neq; enī ſummo animo oratio illa inſerebat. Cunq; vero vellē ſcriptionem attingere ſermo de vulgatione me in ciui

tatem impulit et omnia diſturbauit· Nouerã autem vnũ duntaxat: hoc eſt lachrymare: quod et nũc me facientem inuenies. Clearchus redarguit quidem: ſed a lachrymis abducere nõ potuit. Neq; enĩ ego et eos qui gaudent poſſum a gaudio abducere. Nõ ergo te in admirationẽ meũ ſilentiũ inducat: neq; enim lugentiũ eſt vel dicere vel ſcribere. Cæterum an tempus ſalutem afferre poſſit: deus nouit. Tu ſi orator huc veniſſes: tua ipſius ſapientia impare animo meo fortaſſis potuiſſes. Verum vt arbitror infœlicem hoĩem effugiſti: et de Clearcho vt de amante ſcribis: et in eius legatiõis ꝑte rẽ meã eſſe vis. Tu ꝟo neq; vt amãs neq; vt amatus vnq̃ veniſti: quãq̃ ſuaſioni cedit ſenatus q̃ vſus multa agit· & factus eſt maior. Cæterum vt puto negaſti. Oportuit enĩ id quoq; moleſtiæ mihi euenire.

¶ Epl'e argumẽtũ

Mydas nunc. Dicit ꝙ hoc tempore ſolũ valde diuites tanq̃ alter Mydas imperãt: cui multũ auri fuit: vt omnes reges pecuniæ habundantia antecelleret: cuius fabulã Ouidius in xi. methamorphoſeos proſecutus eſt. Dicit Libanius ſe nullo mõ illũ magis elegiſſe q̃ honores quibus ab Alexandro affectus eſt quanq̃ multi aliter facerẽt & faciunt.

¶ Libanius Alexandro ſalutẽ

Midas nunc eſſet phrygibus imperaret et huic quidem Midæ tantũ auri eſſet quantũ loquitur fabula: certe illum nequaq̃ electurus viderer potius q̃ honores quibus me proſecutus es. Quippe quũ hi multi ſint: & hoc vel maiores vel plures: honorãtq; potius q̃ ei qui honoris afficitur voluptatem afferãt. Porro nouiſti præ pudore agere me gratias tibi noluiſſe: quum animaduerterem quantos abs te honores accæpiſſem: tu tamen aſpectu animi affectum cõſide

rans damnandũ me duxiſti.

¶Epiſtolę argumentũ

Prȩclare abs te. Opinandũ eſt Palladiũ geſta alicuius principis ſtilo ſignaſſe vbi perſonã pulchre depinxit imitando Pindarũ thebanũ poetam. Hortatur Palladium vt poſteriora non diſcrepent a priorib⁹ ſint autem æqualia aut meliora.

¶Libanius Palladio ſalutẽ

Præclare abs te actũ eſt: ꝙ a Pindaro perſuaſus formoſam faciem principi apposuiſti. Nam et quibus operibus finem attigeris vulgatum eſt. Cõſidera igitur vt poſteriora ſemper fuerunt meliora.

¶Epiſtolę argumentũ

Futurũ aliquando. Dicit iſtud omnino futurũ aliquando fuiſſe vt ipſe Ariſtonethus regnandi curã ſubiret. Et id declarat per hoc ꝙ fores ei⁹ circumſtãt & corona & multitudo hominum exercitus hominũ turba et vigiliæ & curæ ita ꝙ nullum illi ſit ocium relictum.

¶Libanius Ariſteneto ſalutẽ

Laudatiua Futurũ aliquando fuit vt regnandi labores guſtares: vt qui omni opera imperiũ non fugeris et nunc quidem circa fores corona hominum: exercitus: & turba: & vigilię: & curę ſunt: abiitq; multũ illud ociũ. Neque vero timeo ne quum maximũ aliquod primum attigeris ſuccumbas. Nouit enim vel ſine exhortatione ingenium tuũ quę recta ſunt facere. Itaq; breui fore confido: vt præſentibus in negociis admirandũ te oſtendas. Porro quod me leticia maxima afficit: teq; afficere debet hoc eſt: quicũq; de hac re verba fieri audiuerunt lætantur. Eorũ autẽ ſeſe amantes tui dixerũt rephenſus eſt nullus verbo et nõ re amãs. Sed hoc pridẽ fuit dignus Ariſtemetus vna oĩm voce

per hanc vrbem inceſſit: & ipſum principem omnes admirati ſunt ſerius ſapientiorem ſibi coniungens ꝑ inde atq̃ regni ſanū. Q̃z ſi et mihi et ei currēdi ad ea facultas fuiſſet.

¶ Epiſtolę argumentū

Dominus bonus. Quidā domin⁹ Bonus Libanii amiciſſimus nobili genere ortā duxit vxorē ex ea ciuitate vn̄ Gemellus erat cui hanc ſcri/bit epl'am: et illi neceſſe erat nutricē vxoris etiā abducere: vt ſimul eſſet cū vxore nutrix. Videns Libanius ꝙ magniponderis apud Gemel/lum dominus erat: dederat illi ad Gemellū manu ſua ſcriptas litteras cōmendaticias: vt illi adeſſet quum poſſet.

¶ Libanius Gemello ſalutē

D Ominus bonus longo tempore mihi amicus vxorem duxit conciuē nobis claro ex genere natā· Neceſſe vero eſt vt vxoris nutricē a vobis dedu cat rebus ita poſtulantibus. Videns igitᷣ quātus apud te eſſet Dominus ꝙ me petente gratiā nō negares ex manibus meis ſcriptas litteras in tuas afferri volui ꝑ=miſi neq̃ neglexi. De tot enī quū poſſis et iuſte poſ/ſis Beronice domū tuā refugium eſſe et Domino cla/ro atque bono propter epiſtolę voluptatem.

¶ Epiſtolę argumentū

Quæ princeps· Scribit cuidā ex primoribus qui precipuūs in ciuitate quędā Celſo impetrarat quæ Celſus bn̄ agnouit: & Libanio et reliq̄s omnibus bonis nota erant. Et nō parū lucrifecit Celſus iſtius adiuto rio. Deinde laudat illū cuius nomē hic nō fuit ſcriptū ꝙ verā callet phi loſophiā in vtraq; fortuna. Tandē laudat ip̄m quia erudiendis iuueni/bus vacare cępiſſet: beatā hanc ciuitatē dicēs q̄ talē habet philoſophū.

¶ Libanius Celſo ſalutē

Bona Q Væ princeps Celſo impetraueris ipſe pręclare Amicit[illegible] plena. nouit: hoc certe et mihi et oībus īnoteſcit: tuis auſpiciis eum nō parum lucri feciſſe: quum ex te vide rit et ſermones tuos audiuerit: quos nō ex libro nunc

oſtendis. Verum ſocratis moribus oſtendiſti veram tuam ipſius philoſophiam: & flante et reflante fortuna: neque tunc ad turpe luctum animū appuliſti: hyemen virili animo ferens. Cæterum quum te cœpiſſe audiam erudiendis iuuenibus vacare: & ciuitatem: & iuuenes illos: & ipſorū parentes beatos duco. His enī omnia cōmunia ſunt ornamenta: quæ diſcipulis tuis imptis: & qui ex fonte bibunt: ſunt reliquis meliores. Porro mea erga te fides tā valida ſolidaq; eſt: vt quū diſſoluere nodum quiſpiam tentauerit illū Adamātinum inuenerit. Quod ſi ſimile aliquid tibi accidat: dubium non eſt quin infirma ſecuris videatur.

¶Epiſtolę argumentū

Adeſte ſocii. Scribens ſociis Helpidii illos videtur concitare ad ſedulitatē & læticiā: vt alter alterū iuuet: et mutuo ſe proſequantur fauore Et id videtur inducere per ſimilitudines varias nauigantiū agricolaꝝ et potiſſimum militantiū qui ſe inuicē iuuant: et hi qui in eloquentiæ ſtudiis viuant id facere debeant. Deinde cōuertit ſe ad Helpidium vt vxorē habeat qua præſente feſtiuior eius oratio reddat᷑ hortat᷑: nō enī turpe eſſe in coniugio aliqd habere familiaritatis cum litteris.

Leticię plena & monitionis.

¶Libanius Helpidii ſociis

ADeſte ſocii: & mľtas hmōi admonitiōes apud poetas inuenite. Auditores præterea qui vobis (vt par eſt) auſcultent: & eorū ſententias imbibāt. Adeſte et vos: & alius alii manū porrigat. Conſiderate vero quę lætari non poſſitis: niſi mutuis auxiliis vtamini. Nauta aūt in calamitate poſitus ſi nautas alios videt auxiliū petit: dicens ſe e nauigantibus eſſe. Illi vero et mare: & quę maris ſunt: omnino pertractātes partim læſo opem ferunt et quod ſatis eſt: partim ſceleſtum trucidāt. Et agricolam ſimilia in ſimilibus facientem vidi: & calceolarios: & fabros. Milites vero

herculea manu ignem facilius detinere poſſunt: q̄ nō ſuccurrere ſuis · quod fieri arbitror ꝙ eadem viuendi ratione vtuntur · Atq; quum vos in eloquentiæ ſtudiis viuatis: viuit et Acontius et vobis. Rurſum in memoriam referas: hyeme vero orationes cōponas imitatione noſtri · Aderit autē mulier in omnibus te adhortans: qua comite feſtiuior reddetur oratio. Neq; vero turpe tibi duxeris in coniugio cū muſis cōmune aliq̄d habere. Quod nanq; natura bonū eſt: fieri nō poteſt vt bonū minime ſit. Et maior quidem laus eſt ſponte ſi quum lege nō cogaris ſponte id veneratione requiras: quod eis gaudio: inimicis vero timori ſit: vt enim his detrahere ita ꝓdeſſe illi potero · Neq; vero te fugiat Socratem dei teſtimonio ſapientem etiā in ſenio a diſcendo non vacaſſe: quum ſemper diſcendi tempus eſſe duceret. Nihil difficultatis eſſe præſente vxore libros habere ꝓpinquos. Dulciſſimū vero hoc eſt apud quā velis gloriam aſſequi: ea ſpectante præclarum aliquid facere · Q; ſi pater ad hæc nō monet quod perſuadere te poſſe non putet videare ſpe illiꝰ melior. Si vero monet niſi morem geras te et illum afficere dolore te affici neceſſe eſt · Hoc autem eſt ociū quærentem in triſticia viuere. Cęterū o amiciſſime cōſiderās quantā voluptatē afferres et parentibus et affinibus: & in omnibꝰ optimo patruo: & bonæ vxori: & mihi qui oīa pro te elaboraui. Nūc quidem teip̄m veteribus cōmentariis imple: & relictis iuxta torcularia ruſticis ipſe huc bona cum fortuna veni.

Nota

Nota

¶ Epiſtolę argumentū

Quā mihi. Promiſerat Eumorphius Libaniū adiuuare contra hoſtes

et in hac perſtitit ſeneentia vt illi paratã in manus traderet victortam͠ ſed Libanius hic innuit ſe reconciliatũ eſſe: licet ipi Alexandro longe alia ſit ſententia.

¶ Libanius Eumorphio ſalutẽ

QVam mihi promptitudinẽ in hoſtes promiſiſti: hanc pro vero mihi familiari præſtes: quã doquidẽ cum victoria bellũ finitimũ Par enim eſt: vt arbitror: homines exiſtentes et iraſci et reconciliari. Alexander aũt hic legem nõ laudat: ſed illam potius admonet tantiſper prorogandam eſſe bellum dum vincendi facultas detur. Ego aũt hoc non redarguo: facile enim: neſcio quomodo: ad regulationem deducor: an recte faciam ipſe iudicabis· Similem vero tibi Alexandrũ virilitate et diu amicũ: etſi aliter viſum eſt oſtende occaſiones bonas illi prębens quũ facile poſſis: quum enĩ diu ex malis ditari potuerit mores qui iuſti ſunt immutabiles permanſere.

¶ Epiſtolę argumentũ

Quantis accuſationibus. Propter vnicũ deprauatũ exemplar hanc et pleraſq; alias emendare nequibã: deſiderabat Iulianũ videre principẽ Libanius & id breui futurꝫ putabat vt diuinũ principis caput ĩtueri poſſet: & ipſa ciuitas in qua erat Libanius conſolari nequiuerat. Dein de narrat quõ Alcynus affuit Libanio & diſcedens domũ ſuã ſibi cõmendauit. Poſtremo ad Iulianũ ſe cõuertens optans illi omne bonum præſertim ex hoſtibus victoriam.

¶ Libanius Iuliano ſalutem

QVantis accuſatõibus etenĩ graue fuerat: tantis meip̄m atq; etiã pluribus ſum ꝑſecutus eueſtigio reuertẽs quũ adhuc de eo inter nos cõfeciſſẽ vt ſil' cũ poſtridiano ſole diuinũ caput ĩtueri poſſẽ. Neq; ei ciuitas ipa cõſolari me poterat male hñs· Intelligo ãt eũ malũ habentẽ nõ ꝓpter reꝝ venaliũ caritatẽ: verũ Obſcura

quia improba et mala et ingrata iudicata fuit: & vide retur ei qui tale imperiũ prudentiæ ꝟo plus habeat. Quouſq; Alcinius mihi affuit: habui q ſermones no= ſtros acciperet: in quibus et meipſum accuſabam: & honoris quo me affeceras meminerã· Poſt vero eius diſceſſum Domnus mihi amici loco fuit: ad quam re ſpiciens quum in lecto iacerem: nunc aiebam prĩceps me vocat: nunc ingreſſus ſedebam: hoc enĩ mihi ĩpm concedebas: nunc pro vrbe concedebam: hoc enĩ de/ cebat propter eos qui principẽ lęſerant aduerſus prĩ/ cipem dicere. Hic aũt vincebat iuſta conquerẽs ac di cere potens. Ego aũt contendens neq; odio habebar neq; eiiciebar. Huiuſmodi meipm oblecto et a diis pe to: primũ vt ex hoſtibus victoriã conſequaris: demũ vt eã nobis hic declares queãdmodũ prius facere con ſueuiſti. Et eſt quiddã certũ in votis meis quod illi q= dam audiuere: tibi vero nõ dicam. Cæterum ne hoc quidem dicendum fuit: quod tibi non dicam. Facile enim tertium hoc excogitare poſſis. Quum ergo qui precatus de eo tolerare te velim: & vereor ne contra/ riũ putes· Porro nunc trauce et fluuio formidoloſior incidit in ſagittariũ: poſt hæc autẽ conſultabis de his de quibus te cõſultaſſe dic. Cæterũ vt me lætũ reddas nõ priuabis me his quæ abſenti conueniunt. Ego enĩ ad te ſcribens primũ littetas tuas voco ex media pu= gna arbitratus hæc eſſe ingenii tui: vt ſimul aciem in= ſtruas quempiam volueres. atq; epiſtolã ſcribas. Ita ego a corpore offendor auditurus quæ videre dece= bat. Seleucus aũt beatus hæc præclare videbit: incly= tam gloriam et vxoris bonæ et amabilis filii ſibi præ=

ponens: quam tamen áſſequeretur quia tanto princi pi miniſtrant:

¶ Epl'ę argumentũ

Vna eſt omniũ. Oſtendit e ſolicitũ de ſanitate ipſius Saluſtii: vnde omnes ſolebat interrogare qui proficiſcerent̃ illuc vbi Saluſtius degebat. Hortat̃ Saluſtiũ vt ſuã curet valitudinẽ. Et ne reipublice adminiſtratione deſerere velit rogat.

¶ Libanius Saluſtio ſalutẽ

Hortatoria

v VNa eſt omniũ noſtrorũ apud omnes interrogatio: qui iſtuc proficiſcunt̃: quæ ſit tibi corporis valitudo? At hi quæ velimus renuuciant. In proximo eſt vt corpus per bene valeat: quo quidem nũcio maxime lætor. Admiſcetur aũt huic mœroris non nihil: quandoquidem aiunt quietem re appetere Id enĩ manifeſte eſt ciuitates ꝑdere patreq́ꝫ priuare ad quẽ etiamſi prius re aliqua læſæ fuere tamẽ ita cõfugiebãt vt naues a ꝓcellis in portũ. Illud ṽo cõſideres quod e multis bonis a mortuo allata illa fuere maximũ viſum eſt principatus tuus: quę admirari plurimum decet: a tua manſuetudine dirigi. Et nunc nõ parum decorũ eſt principi in eiſdem ſententiã tuam firmaſſe. Si itaq́ꝫ ille bene meritus eſt de nobis cũ in aliis rebus: tum in his: tu vero labores fugis quibus ineſt ciuitatũ ſolus: vide ne amicos omnes ad accuſationem impellas. Fit autem amicus læſus alio detractore amarior. Vt igitur de te atq́ꝫ tuis conſtanter bene dicamus: pręſta teipſum nobis præſidem: & ex duobus remediis alterum tollas. Noſtrum enim dolorem duo alleuiant bonus princeps pro bono et nobis pręſidẽs vt pater. Serua igitur vtrinq́ꝫ cumq́ꝫ maiore nobis alterum detur. Cæterum ſi in his decipit̃ quæ ſcripta ſunt: dam

ni attulere nihil. Si vero quæ bona renunciata fuere bona ſunt: fortaſſe vtilitatem attulere. Bonus autem Dyodothus plura tibi ſignificabit q̃ litteris mandaue rimus: plura enim q̃ ſcripſerim.

¶ Epiſtolarū Libanii greci declamatoris finis.

¶ Exhortatio Iohannis Speiſer forhemenſis ad adoleſcentulos doctū vt Libaniū adeant

Obuia centeno modulantur carmina motu:
Greſſibus et tacitis pignora docta ſuis.
Veſcit iter refugo Germania vulnere cęco:
Totaq; fœcundat pondere Pyreico.
Olim ſola fuit Laciali palma camenę:
Iam viget in noſtra Muſa leuis patria.
Incocti maduere viri: infrenata iuuentus:
Ipſa diu ſacris Bellerofontis aquis.
Vndiq; iam ſacro permeſſi flumine ſcatit
Et Thamirę magno dulciſonante modo.
Aſpice per ſuperos priſci volumina vatis:
Quā pia: quā docta: maxima dona ferant:
Plurima quāq; dedit grauis epiſtolia Marcus:
Criſpus: Frāciſcus: q̃ veneranda Pius:
Crede mihi noſtro vix eſt precioſius: arte:
Pondere: tam dulci cum breuitate modo.
Currite vos iuuenes doctū legitote poetā:
Cōueniunt ſacris nomina veſtra deis:
Currite ne sterili ſine ſemine dona iuuentus
Tranſeat; aut rapiat funeris atra dies.

· Benedictenpeyren ·
Baldeſſar abbas.

PA
4227
.E616
1504

4102829

12699